sed manifestū est ꝙ multa entia sunt creabilia. si ergo deꝰ
coincidit cum illis entibꝫ vniuoce. ergo sicut illa sunt crea-
bilia ita ⁊ deus. Et hoc pȝ exemplariter. q2 virtus causa-
tiua hominis p̄t se extendere ad oīa que habēt naturaȝ
humanā. q2 vniuoce ꝯueniūt in rōne humana Similiter
virtus causatiua asini ꝯphendit sub se oīa illa que ꝯti-
nentur sub rōne ⁊ natura vniuoca asini.

Qr̄. An ponentes deū in p̄dicamento sint heretici.
Dcd̄m ꝙ nō. q2 ponētes deū esse in p̄dica-
mento nō ponūt rem ſcatam ꝑ terminū esse in p̄dicamē-
to. sed solum terminū. ⁊ vt sic nō est hereticū. q2 ille termi-
nus deus impositus est sicut alij termini. ⁊ etiam hȝ ꝯdi-
tionem alioꝝ terminoꝝ. Falsum tn̄ est ꝙ termini sint in
p̄dicamento. vt tn̄ moderni dicūt. q2 tūc nō possȝ fieri pre-
dicatio generis de specie in vno predicamento. q2 ista est
falsa. iste terminus homo est iste terminus aīal. sed res si-
gnificata ꝑ subiectū hȝ in se rem significatā ꝑ p̄dicatū. et
ex hoc verificātur ꝓpositiones Etiā quilibet terminus est
in p̄dicamēto qualitatis cū sit vox. ⁊ ergo male dicūt mo-
derni ꝙ ille terminus deus sit in p̄dicamento sube

Notādū Qȝ ens non habet se ad deum ⁊ ad
creaturam pure equiuoce. sed ana-
logice ꝓpter duas rōnes. Prima est. q2 vbi aliquid diciṫ
de pluribꝫ pure eq̄uoce in illis vnū eq̄uocatum nō potest
ꝑ aliud cognosci. sicut aīal latrabile nō cognoscitur per be-
luam marinam. sed deus cognoscitur ex creaturis. g̊ non
p̄t ens pure equiuoce dici de illis Ratō maioꝛis est. quia
oīs cognitio fit ꝑ similitudinem. qn̄ igitur aliqua ꝑ se
inuicē cognoscūtur. necesse est ꝙ in se habeāt similitudinē
sed in habentibꝫ similitudinem est oꝛdo analogie. ⁊ sic illa
ꝯtinētur analogice sub tercio ⁊ nō pure equiuoce. Secū-
da rō est. q2 si ens diceretur pure equiuoce de deo ⁊ crea-
turis. tūc oīa que de deo demonstranṫ ꝑ noīa imposita
creaturis haberent in se formā fallacie equiuocatōnis. q2
illa nomina de deo ⁊ creaturis dicta essent equiuoca
¶ Est tamē vlterius ꝯsiderandum. ꝙ duplex est oꝛdo
analogie. primus est ſm quem aliqua dicūtur analogata.
quia referūtur ad aliquod tercium sicut sanuȝ in vrina. ⁊
in medicina dicūtur analogata. quia referūtur ad aliq̄d
tercium. scȝ ad sanum in animali. Alius est oꝛdo ſm quē
aliqua dicūtur analogata ſm ꝙ referūtur ad inuicem. si-
cut militare dicitur analogum ad ipsum militem ⁊ ad ea
que spectant ad militem. sicut sunt equus arma ⁊ similia
In analogia aūt entis est secūdus modus analogie. q̄a

deus ⁊ creatura. substantia ⁊ accidēs dicūtur analogata non qꝛ referūtur ad aliquod terciū. sed quia habēt ordinē ad se inuicem sicut creatura ad creatorē ⁊ accidens habꝫ ordinem ad substantiā. qꝛ dicitur septimo metaphy. accidens nō est ens. sed entis. Est etiam alia diuisio. qꝛ aliq̄ analogia sumitur ſm genus cause efficientis sicut militare. Alia analogia sumitur ſm genus cause materialis. sicut analogia entis ad substantiā ⁊ accidens. qꝛ accidens habet ordinem ad substantiā ſm genus cause materialis Tercia est analogia ſm genꝰ cause finalis. sicut analogia sani. qꝛ sanitas aīalis est finis aliorū sanoꝝ. scꝫ ipsius sani in vrina ⁊ medicina. Et nō sumit̃ aliqua analogia in genere cause formalis. qꝛ quecūqꝫ ꝯuenūt in aliquo formali sunt vniuoca ⁊ nō equiuoca. cuꝫ ergo analogia spectat ad equiuocatōem. sic nō potest aliqua analogia eē ſm genus cause formalis. Ex quo sequitur correlarie. ꝙ si ens referatur ad deū ⁊ creaturas sic eius analogia est ſm genus cause efficientis ⁊ finalis. qꝛ deus est causa efficiens ⁊ finalis creaturarū. Si vero referatur ad substantiā ⁊ accidens. sic analogia eius sumitur ſm genus cause materialis vel efficientis. Cuius ratio est. qꝛ substantia cōparatur ad accidens in rōne cause materialis. ⁊ etiā quādoqꝫ in rōne cause efficientis. quādo scꝫ accidens fluit ex ṗncipijs substātie sicut ꝓprietates seu accidentia ꝓpria. vt risibile hinnibile. Sed accidentia ꝯmunia. sicut album ⁊ nigrum ⁊ similia nō sequūtur aliqua determinata ṗncipia subiectorū suorum

Ar. Deus est substātia. ergo erit in predicamēto substantie Dicendum ꝙ substantia accipitur tripliciter. vno modo prout dicitur a subsistendo. et sic deus maxime est substantia. quia sic substantia nullaꝫ imperfectionem dicit. Alio modo capitur substantia ꝓut dicitur a substando accidentibus. ⁊ sic deus non potest dici substantia. quia deus non potest suscipere in se accidentia. cum omnia que sunt in deo sint essentialiter eadem cum ipso. sic em̄ substantia importat aliquam perfectionem. quia significat rem habentem possibilitateꝫ ad accidentia. Tercio modo potest dici a substantiando. id est dando esse formale inferioribus. ⁊ sic deus iterum nō est substantia. quia deus non substātiat formaliter sed efficienter. ⁊ sic substantia etiam importat aliquam impfectionem. qꝛ est ꝑs definitōis

Arguitur. Deus est substantia incorporea. ergo est in predicamēto substantie Dicendum ꝙ antecedens est falsum capiendo substantiam prout dicitur substantia a substando. Et si dicatur. deus est incorporeus. ergo est substantia. Probatur consequentia. quia cuicūqꝫ ꝯuenit differentia illi conuenit genus. Dicendum. cuicūqꝫ cōuenit differentia positiua illi cōuenit genus. sed hoc nō oportet de differentia priuatiua siue negatiua. nisi capiatur cū inclusione generis. quia nō omne illud est animatum qđ est insensibile. cū lapis sit insensibilis tn̄ nō est aīatus

Queritur Utrum ens sit vniuocū ad substantiam ⁊ ad accidens Dicēdum ꝙ non. quod probatur duabus rationibus Prima est. qu[illegible] tunc tm̄ vnū esset predicamentum. scilꝫ entis. qꝛ predic[illegible]enta sunt prima genera. sed tm̄ vnū est primum genus. [illegible]ecūda ratio stat in hoc. impossibile est vniuoca contenta sub vniuoco definiri per se inuicem. sicut homo et asinus que sunt vniuocata animalis per se inuicem definiri non possunt nisi forsan in formis de predicamento adaliquid. vbi vna species definitur per aliaꝫ. si ergo esset ens vniuocum ad substantiam ⁊ accidens. tunc substantia ⁊ accidēs essent vniuocata absoluta entis. ⁊ sic nō posset accidens definiri per substantiam. qđ est ꝯtra Arestꝫ. septimo metaphysice

Notandum Qꝫ quatuor sunt analogata entis. primo em̄ ens dicitur de his que habent perfectum esse sicut de substātia. et ergo substantia est primum analogatum entis. Secūdo dicitur de his que habent debile esse. sicut accidentia. Tercio de his que habent esse priuationi admixtum. sicut motus.. Quarto dicitur ens de his que habent esse in ratione. ⁊ illa dicūtur entia rationis. quia de eis intellectus aliquid affirmat vel negat. ⁊ sic dicit Arestoteles quarto metaphysice. ꝙ non ens. id est negatio etiam potest dici ens. quia de non ente dicimus esse. scꝫ compositionis. dicendo non ens est non ens. Et ens primo modo dicitur substantia. Secūdo modo dicitur passio vel proprietas substātie Tercio modo dicitur processus ad substantiam. Quarto modo dicitur negatio substantie Et sic patet ꝙ oīa ista analogata habent ordinem ad vnū quod est substantia. Et ex hoc possunt multe questiones solui. Si em̄ queratur an priuatio sit ens. an materia prima sit ens ens ⁊c̄. Dicitur ꝙ si ens capiatur ſm primam eius significationem. tūc nullum illorum est ens. sed quādo accipitur ens scđm duas vltimas acceptiones. sic ṗuatio est ens

Arguitur. Omnis multitudo reducitur ad vnitatem. sed partes entis faciunt quandam multitudinem. ergo debent reduci ad aliquod vnum. quod est ens. ⁊ sic ens erit vniuocum Dicendum ꝙ ista propositio. omnis multitudo reducitur ad vnitateꝫ. potest dupliciter intelligi. vno modo ꝙ omnia reducantur ad vnitatem quasi fiant hoc vnū ad quod reducūtur. ⁊ sic est falsum. quia creatura nunqꝫ fuit creator. Alio modo intelligitur ꝙ omnis multitudo reducatur ad vnitatem. quia omnia habent ordinem ad vnum. et sic multitudo creaturarum habet ordinem ad vnum scꝫ ad deum. similiter etiam equiuocata entis alia a substantia habent ordinem ad vnū quod est substātia

Arguitur. Illud qđ p̄dicatur vno nomine ⁊ vna ratiōe hoc est vniuocum. sed ens predicatur de substantia ⁊ accidēte vno nomine ⁊ vna ratiōe. ergo vniuoce. Minor probatur. quia habere esse est definitio entis. que predicatur de substantia ⁊ accidente. Dicēdum est dupliciter. primo ꝙ habere esse non potest esse definitio entis secūdum ꝙ dicitur de substātia ⁊ accidēte. quia definitio debet esse essentialis. sed habere esse accidit omni substātie create ⁊ omni enti creato. est em̄ solus deus ens per essentiam. Secūdo dicendum ꝙ habere esse etiā dicitur analogice de substantia et accidente. quia habere esse conuenit proprie. et per se substantie. sed conuenit accidēti per alterum. sicut dicitur septimo metaphysice. Et sic noster intelletus nō potest concipere aliquam naturam equaliter participatā preuenientem substātiam ⁊ accidens. quod tamē requiritur ad vniuocam predicationem

Ar. Ens potest cōcipi absq₃ cōceptione substātie et accidētis. ergo ē vniuocū₃. Añs ꝓbatur. q₂ antiqui cōcipiebant lumen esse. ⁊ tamen nō concipiebāt esse substantiam vel accidens ¶ Dicendū ꝙ ens nō potest distincte concipi nisi concipiatur ꝙ sit substantia vel accidens. ⁊ ideo antiqui cōcipiētes lumen concipiebant vel sub ratione substātie vel sub rōne accidentis. Secūdo dicendū ꝙ duplex est cōceptus. vnus extra genus et informis ⁊ quodāmodo negatiuus. ⁊ talis cōceptus potest esse in ente preueniendo substantiā et accidens. s₃ nō facit vniuocatōem Alius est cōceptus formalis intra genus ⁊ affirmatiuus. ⁊ talis facit vniuocationem. sed non potest talis esse de ente. Tercio dōm. ꝙ nō sufficit ad vniuocationē vnus cōceptus preueniens. sed reqritur cum hoc ꝙ sit equaliter ꝑticipatus ab vniuocatis quod de ente dici nō potest. Et iste tres solutiones habēt se quoda₃ ordine. quia prima dt ꝙ non sit aliquis cōceptus preueniens. Secūda dt ꝙ potest esse aliquis conceptus extra genus ⁊ negatiuus. Tercia admittit ꝙ sit aliqs conceptus affirmatiuus. sed nō equaliter ꝑticipatus

Ar. Quicquid potest vnica distributiōe distribui pro omibus inferioribus hoc est vniuocū. sed sic potest ens distribui pro substantia ⁊ accidēte. ergo erit vniuocū ad illa ¶ Dicendū ꝙ non solū vniuocum distribuitur pro suis inferioribus. sed etiam equiuocum a consilio. vbi tamen posterius analogatum participat realiter de natura ipsius cōmunis analogi. Et sic est de ente quia vltimū analogatum eius. sc₃ accidens est reale ens Sed homo depictus non cadit sub distributione hominis. quia homo pictus non habet verā naturam homis sicut accidens habet veram naturā entis. Et quādo replicat. Accidens non est reale ens ſm veritatem. ꝓbatur. quia Arestoteles cōparat sanitatem ad ens. sed sanitas que est in animali est solu₃ realis ⁊ essentialis sanitas sanitas vero in alijs analogatis non habet essentiam sanitatis. ergo sic erit de ente. Dicendu₃ ꝙ non ē omiquaq₃ similis cōparatio sani ad ens. est em̄ similitudo quātū ad hoc. ꝙ sanitas primo dicit de sanitate animalis. et postea de alijs. sicut ens primo dr̄ de substantia. ⁊ postea de accidente. Sed differentia est in isto. quia vltima analogata sani non habēt essentialiter naturā cōmunis analogi. sicut accidens habet in se essentiam realē entis.

Ar. Antiq negabāt equiuocatōem ⁊ multiplicitatē entis. ergo videtur ꝙ Arestoteles petat principium arguendo cōtra antiquos ex multiplicitate entis. Añcedens ꝓbatur. quia antiqui dixerunt tm̄ vnū ens eē ¶ Dicēdu₃ ꝙ Permenides ⁊ Mellissus negabāt multitudinē rerum. sed nō negabant multitudinē vocum. ⁊ ex illa format suas ꝓbatōes quib₉ ꝓcedit a notiori nō simpliciter. sed quo ad aduersariū. q₂ ſm doctore₃ ille demōstrationes solum sunt ad cōtradicendū in quib₉ assumuntur multa que sunt minus nota q₃ hoc quod est entia esse multa et non vnum tm̄

Queritur Utru₃ impossibile sit accidens esse sine subiecto. ¶ Pro rn̄sione notandū. ꝙ impossibile capitur dupliciter. vno mō ꝓ impossibili simplr̄ dicto. ⁊ sic hoc dicitur impossibile quod ꝑ nullā potentiā fieri potest. sicut est illud quod implicat cōtradictōem. Alio mō dicitur aliquid esse impossibile ſm quid in ordine ad potentiā creatā. q₂ sc₃ per potentiam creatam fieri non potest. Per hoc ergo dōm ꝙ accidēs separari a subiecto ſm potentiā creata₃ est impossibile. sed non est impossibile ſm potentiā creatoris. Cuius rō est. q₂ nō implicat contradictionē. ⁊ sic per diuinā potentia₃ fieri potest. Quod sic pt₃. quia deus omnipotens potest cōseruare aliquā rem absq₃ causa proxima effectiua. ⁊ materiali in qua. cum ergo subiectum sit proxima causa effectiua ⁊ materialis in qua ipsi₉ accidētis pt̄ deus accn̄s absoluere ab illa. ⁊ sic accidēs potest esse sine subiecto. Quia tamen nulla creatura potest mutare ordinem naturale₃ re₄. ideo nō potest fieri naturaliter ⁊ per potentiā creatā ꝙ accidens existat sine subiecto

Ar. Deus non potest sepāre definitionem a definito. sed inesse est de definitione accidentis. qa accidentis esse est inesse ¶ Dicendu₃ ſm vnū modū Thomistarū. ꝙ duplex est inesse. scilicet aptitudinale. ⁊ hoc est de essentia accidentis. ⁊ nunq₃ potest separari a subiecto Aliud est inesse actuale. quod cōuenit sibi per comparationē ad proximu₃ subiectum. Et tale non est de ratione accidentis. sed est conditio quedam accidētalis ipsius accidentis. quando ergo accidens est a subiecto separatu₃ tūc adhuc habet inesse aptitudinale. quod est de ratione sui. Est tamē alius modus dicendi Thomista₄ de quo ad longum habet in libro p̄dicabilium

Ar. Deus non potest supplere causalitatem cause materialis. sed subiectum est causa materialis accidentis. ergo deus non potest accidens separare a subiecto. ¶ Dōm ꝙ dupliciter se habet materia ad aliquā rem. Uno modo intrinsece. quia sc₃ intrinsece constituit rem. sicut materia hominis est de intrinseca ratione hominis. ⁊ talem causa₃ materialem non potest deus supplere. quia tunc esset pars rei. ⁊ fieret ipi aliquid intrinsecū. Alio modo habet se materia ad aliquā rem extrinsece et per additōem. sicut se habet materia in accidentibus. qa est pars extrinseca ipsorum accidentiū. ⁊ talem materia₃ potest deus supplere. vt patet manifeste in sacramento altaris vbi quantitas habet quodāmodo suam indiuiduationem a situ. ⁊ sic potest sustentare accidētia reliqua absq₃ vltimato subiecto.

Ar. Deus non potest de nouo creare accidentia sine subiecto. ergo non potest saluare accidentia sine subiecto. Antecedens probatur. quia creatio est ad esse subsistens. sed accidēs sine subiecto non hab₃ esse subsistens ⁊ perfectum. Sed consequentia tenet a simili. ¶ Dicendum ꝙ non est simile. quia si accidēs crearetur sine subiecto. tunc non haberet aliquam indiuiduatione₃ et per consequens non posset subsistere. sed accidens qd̄ iam fuit in subiecto habet indiuiduationem a subiecto quā habet post separationem a subiecto. ⁊ sic potest conseruari sine subiecto Sicut in simili aīa rationalis recipit indiuiduationem a corpore. ⁊ ideo q₃uis non posset per se creari. tamē postq₃ recepit indiuiduationē a corpe potest illā indiuiduationē retinere post separationem.

Queritur. Utrum substantia in genere substantie manēdo sit diuisibi[lis]

lis vel indiuisibilis. ¶ Dicenduz ꝙ duplex est diuisio. quedam est que est per partes essentiales. scilicet differētias proprias. et talem diuisionem habet substantia etiam in ꝓprio genere absq̧ accidētibus. Alia est diuisio quantitatiua. ⁊ illā nō hȝ actualiter sine q̄ntitate. q̄uis habeat eaȝ originaliter ⁊ effectiue a substātia. s. ex pte materie que est diuisibilitatis origo. ꝑm ꝙ hȝ ꝑuationē sibi annexam.

Ar. Materia seclusa quātitatē nullas hȝ ptes nec quācunq̧ diuersitatē ptiū. g̃ videt̃ ꝙ nō sit origo diuisibilitatis q̄ sp est in ptes. Et ꝯfirmat̃. q2 si suba esset diuisibilis sine quātitate ille ptes in q̄s fieret diuisio nec essent extra se nec intra se. q2 hoc solū hn̄t a quātitate Sil'r nec eēnt in loco nec extra locū ¶ Dōm ꝙ diuisibilitas in ptes integrales q̄titatiuas est ꝓpria passio q̄titatis ⁊ ꝑmo reperit̃ in q̄titate. Sed ꝙ dr̃ originaliter esse a suba gr̃a materie. hoc iō ē. q2 etiā q̄titas ꝯseq̄tur h̄ mō ipam subam. nihilominus tn̄ rō diuisibilitatis primo in quantitate reperit̃. vt ista ꝓbant argumenta

Querit̃. Utrū rō infiniti ꝯueniat soli q̄ntitati ¶ Dōm ꝙ dupl'r aliq̄d dr̃ infinitum. vno modo formaliter siue essentialiter. quod scilȝ habet essentiā nō cōtractā ad aliquā spēm. ⁊ sic deus est infinitus simpl'r. sed sube sepate dicunt̃ infinite ꝑm q̄d. scȝ per cōparatōem ad materialia. q2 nō cōtrahunt̃ ad aliquam materiā. sicut ista inferiora. Alio mō dicitur aliquid infinitū ꝑm ptes quātitatiuas siue quātitatiue. ⁊ sic quātitas extensa sine termīo est infinita. tale aūt infinitū inuenitur in quātitate solum. ⁊ sic loq̄tur hic Aresto. in textu cum dr̃. infiniti rō quantitati cōgruit.

Ar. Secūdo mō nō est aliquid infinitū. Probatur q2 nō est aliqua quātitas extensa sine termino. ¶ Dōm ꝙ dupl'r aliquid dr̃ infinitū. vno mō ꝑm actum quia scȝ habet extensionē actualē sine termino. ⁊ sic veruȝ est ꝙ infinitum non inuenit̃ a parte rei. Alio mō dr̃ aliq̄d infinitum in potentia. ⁊ sic inuenitur infinituȝ a parte rei. sicut patebit in tercio huius.

Qr̃. Utrū accidēs differat a suba. ¶ Dōm ꝙ differre accipit̃ dupl'r. vno mō ꝓprie. ⁊ sic illa dicūtur differre que distinguunt̃ differentijs cōstitutiuis. ⁊ sic substātia ⁊ accidens nō differūt. q2 dr̃ña solū cōuenit spēbus. sed suba est genus generalissimū. qd̄ nō hȝ differentiā cōstitutiuā. Alio mō accipit̃ differre cōiter ꝓut extendit se ad diuersum esse. ⁊ sic substātia ⁊ accidens differūt id est habēt ad inuicē diuersitatē realem. siue realē distinctionē. Sed ꝙ sint diuersa vel realiter distincta patȝ autoritate. rōne. ⁊ signo. Primo autoritate Aresto. in textu qui dr̃. ꝙ si ens ꝑcat substantiā et accidēs. tunc nō potest dici ꝙ ens sit vnū. q2 accidens ⁊ suba sunt multa. Secūdo pȝ idem quarto metaphysice. vbi Arest. diuidit ens in substantiā ⁊ accn̄s tanq̧ realiter distincta. Potest tercio ꝓbari p Aresto. ꝑmo posteriorꝝ. q̄ dr̃ illā ꝓpōem eē immediatā. qua vnū predicamentū negat̃ de alio. sed īmediata ꝓpō fit inter illos terminos. quorꝝ vnꝰ est de essentia alterius. sicut in immediata affirmatiua. vel vbi vnꝰ terminus ꝑcat oīnino diuersum ab alio. sicut in īmediatis negatiuis. Secūdo ptȝ idem rōnibus. Prima est. q̄rum intrinsece cōditiones sunt diuerse illa sunt diuersa. sed intrinsece cōditiones substātie ⁊ accidētis sunt diuerse. g̃ ⁊c. Maior patȝ. q2 intrinsece cōditiones oriuntur ex natura rei. ⁊ indicant ipsam rem. sicut risibile et rudibile indicant ꝙ homo ⁊ asinus sunt diuersa Minor patet. q2 cōditio substantie est p se esse. cōditio aūt accidētis est alteri inesse. que cōditiones vtiq̧ sunt diuerse. q2 habent ad inuicem cōtradictionē. Secunda ratio talis est. illa sunt diuersa que habent diuersas rōnes principiandi. sed substantia et accidens sunt hmōi. ergo sunt diuersa. Maior patet. quia diuersi modi principiandi accipiunt̃ ex diuersis virtutibus. vbi ergo sunt diuerse virtutes ibi ē diuersa natura rei. Minor patet. quia forma substantialis ꝑn̄cipiat intrinsece informando suū proprium subiectuȝ. sed accidentia agunt extrinsece et circa extrinsecam materiā sicut calor ignis calefacit aquā que ē extrinseca igni Tercia ratio. quecunq̧ terminant motus realiter diuersos illa sunt diuersa. sed substantia ⁊ accidens terminant motus realiter diuersos. ergo ⁊c. Maior patȝ. quia motus habent diuersitatem et vnitatem ex terminis. vbicunq̧ igitur sunt motus realiter diuersi. ibi etiam sunt termini realiter diuersi. Minor patet. quia generatio ⁊ alteratio sunt motus diuersi. sed generatio terminatur ad substātiam. ⁊ alteratio ad qualitatem. Signum autem est ad hoc. quia accidens de facto separatur a subiecto. vt patet in sacramento altaris. ergo est res realiter distincta a subiecto qd̄ est suba. Que em̄ sunt idē realiter nō pn̄t a se inuicem separari. sicut patet de definitione ⁊ definito

Ar. In analogis primū analogatorꝝ habet totā naturam cōmunis analogi. sed substantia est primū analogatū erit. ergo habebit totam naturā eius. Et sic accidens erit non ens quod est contra immediate dicta ¶ Dicendū ꝙ duplex est analogia quantū nunc sufficit. aliqua est analogia in qua posterius analogatum retinet naturam cōmunis analogi. licet imꝑfectiori modo sicut patet de analogia entis inter deuȝ ⁊ creaturā. Manifestum est em̄ ꝙ creatura sit ens. licet imperfectuȝ in ordine ad creatorem. ⁊ talis analogia est inter substantiaȝ et accidens. imo Arestoteles quarto metaphisice diuidit ens reale in decem genera. in quo datur intelligi ꝙ etiam accidens est ens reale. Alia est analogia vbi vltimū analogatorum non habet rationē cōmunis analogi. vt quādo diuiditur homo in hominem viuum ⁊ hominem pictum. Manifestum em̄ est ꝙ homo pictus nō participat rationē hominis. ⁊ talis etiam est analogia sani. quia sanum ꝑm suam definitiōnem dicitur solum de sanitate animalis. Per hoc ad argumentū dicendū. ꝙ non oportet in qualibet analogia primū analogatorꝝ habere totam naturam cōmunis analogi.

Arguitur Si accidens esset realiter distinctum a substātia. ergo haberet definitionem in proprio genere. quod est contra Arestotelē septimo metaphysice. vbi dicit ꝙ accidens habeat definiri per substantiam. ¶ Dicenduȝ ꝙ accidentis est duplex definitio. q̄dam est solum intrinsece cōpleta. et talem habet accidens in proprio genere. quia ista est completa cōpletione essentiali. q̄uis non cōpletione subsistētiali. Secunda est definitio accidentis omnino cōpleta. scilicet intrinsece quo ad essentiam. ⁊ extrinsece quo ad subsistentiam. ⁊ talis datur per subiectum. quia non habȝ accidēs subsistentiam nisi in subiecto. Per hoc ergo dicendum ad argumentum. ꝙ sufficit ad realem distinctionem accidentis et substantie. ꝙ accidens habeat essentiam in suo proprio genere completam.

Ar. Quātitas est coeterna materie. ǧ videť ꝙ nō distinguať a materia. sed materia est suba. ǧ et quātitas ¶ Dōm negādo pmā ꝯñam. qꝛ nō optet ꝙ si aliqd sit coeternū alteri. ꝙ nō distinguať ab ipo essentialiť si em̄ mūdus esset deo coeternus adhuc mundus distingueretur a deo. Etiā si hō esset eternus risibile essꝫ coeternum homini. ꝛ tamen adhuc distingueretur ab homine. sic est in proposito

Ar. Hoc quod est principiū indiuiduatōis est substantia. sed quātitas est principiū indiuiduatōnis. ergo quātitas erit substātia. ¶ Dōm ꝙ duo sunt de rōne indiuidui. vnū est esse indiuisum in se. et hoc cōplet essentialiter rōnem indiuidui. ꝛ aduenit indiuiduo ex materia. quare simplr̄ materia est principiū indiuiduatiōis in substantijs materialibꝫ. Aliud est qđ est esse diuisum a quolibet alio eiusdē spēi. ꝛ talis diuisio ē originaliť a materia. sed actualiter ꝛ cōpletiue a quātitate. qꝛ nihil diuiditur nisi quantū. sꝫ talis diuisio nō est essentialiter de rōne indiuidui. qꝛ si solus sortes esset a pte rei. adhuc sortes esset indiuiduū. ꝛ tamē non essꝫ diuisus a qlibet alio eiusdem spēi. cū nō esset alius ab ipo. ¶ Vel dicendū ꝙ quātitas est principiū indiuidui diuisi vel diuisibilis. ꝛ ex hoc nullū sequitur incōueniens. Sicut in simili. albedo est de essentia hominis albi

Amplius qm̄ ꝛ ipm vnuꝫ multipliciter diciť queādmodū ꝛ quid est. intendendū est qūo vnū debet esse om̄e. Dicitur em̄ vnū aut continuuꝫ. aut indiuisibile. aut quoꝝ rō vna ꝛ eadē que aliquid erat esse. queādmodū vappa ꝛ vinū. Siquidē igiť continuū multa sunt qđ est. in infinitum em̄ diuisibile est continuū. Habet aūt dubitatōem de parte ꝛ toto. Fortassis autē nō hāc rōem. sed ad ipam f̄m seipam. Vtrūꝫ aūt plura pars ꝛ totum. ꝛ si vnū. qūo vnū. et si plura qūo plura. ꝛ de partibꝫ ꝛ nō cōtinuis. ꝛ si toti vnum vtrūqꝫ est. sicut indiuisibile. qm̄ et eadeꝫ eisdem erunt Atuero si est indiuisibile nullū erit qntum neqꝫ quale. neqꝫ iam infinitum. qđ est sicut Mellisius dī. neqꝫ finitum sicut Permenides. Terminꝰ em̄ indiuisibilis finitus nō est At uero si rōne vnū sunt que sunt om̄ia. sicut est tunica ꝛ indumentū Eraditi rōem cōtingit dicere. Idem em̄ erit ꝛ bono ꝛ malo. ꝛ nō bono esse et bono. Quare idē erit bonū ꝛ nō bonū. et homo et equus. Et nō de eo qđ vnū sunt que sunt ratio erit. sed de eo quod nihil est. tali igitur esse et tanto idem. Cōturbati sunt aūt posteriores queādmodū ꝛ antiqui. ne forte cōtingat qđ incōueniens reputabant simul idem vnū esse ꝛ multa. Vnde alij qdem est auferebant. queādmodū. Licophron Alij aūt dictionē mutabāt vt qm̄ hō nō albus est. sed albať. neqꝫ ambulās est. sed ambulat. et nō est adijcientes multa faciant esse vnū tanqꝫ singulariter dicto vno aut ente. Sed multa sunt que sunt. aut rōne. vt aliud est albo esse et musico. Sunt idem vtraqꝫ subiecto multa qꝫ vnū. Aut diuisione quemadmodū totū ꝛ ptes. Hi aūt iā deficiebāt ꝛ ꝯfitebanť vnū multa esse. tanqꝫ nō ꝯuenienter idem vnū ꝛ multa esse. nō opposita aūt. Est em̄ vnuꝫ et potētia ꝛ endelechia. i. actu. Hoc igiť mō facientibꝫ impossibile videtur ꝙ sunt vnū esse

¶ Postqꝫ Aresto. disputauit ꝯtra opinionē Mellisi et Permenidis ex pte entis. reprobādo scꝫ istā ꝓpōem ens est vnū. Hic ꝯñter facit hoc idē ex pte vnius. ꝛ intēdit talem rōem. Si ista ꝓpō. ens est vnū essꝫ vera. vel acciperet vnū ꝑ vno cōtinuitate. sicut cōtinuū est vnū. vt lignū est vnū. vel acciperet vnū pro vno indiuisibilitate. sicut dicimus ꝙ punctū est vnū. vel acciperet ꝑ vno rōne. sicut dicimus ꝙ illa sunt vnū q̄ habēt vnā rōem. vt eadē est rō vestis ꝛ indumēti. Sed nullum istoꝝ est dōm. ǧ ens nō est vnū. Maior est manifesta ex ꝑcatione vnius ꝛ sufficienti diuisione. Minorē ꝑbat ꝑ ordinē. ꝛ pmo ꝙ nō pt capi ꝑ vno cōtinuitate. qꝛ in eo qđ est vnū sicut cōtinuū sꝫ multa entia. qꝛ sunt multe ptes cū ꝯtinuū diuisibile sit in infinitū Et circa hoc mouet Aresto. istā dubitatōem. vtꝝ totū sit sue ptes. ꝛ si nō tūc manifestū ē ꝙ vnū ꝯtinuitate nō est pfecte vnū nō solū ꝓpter multitudinē. sed etiā ꝓpter diuersitatē q̄ videť esse inter totuꝫ ꝛ ptes. Et ǧ Ars. ꝑbat ꝙ nō pt dici ꝙ totū sit sue ptes. qꝛ qcunqꝫ sunt eadē vni tercio sunt eadē inter se. si ǧ ptes alicuius ꝯtinui sint simplr̄ eedē in toto. ǧ erūt eedē inter se. qđ est impossibile qꝛ seqreť ꝙ totū eēt idiuisibile sic ꝙ nō haberet diuersitatē ptiū. Opꝫ ǧ dicere ꝙ ptes distinguanť a toto. ꝛ ꝑ ꝯñs inueniť multitudo inter totū ꝛ ptes ¶ Tūc ibi Atuero si est Ōñdit ꝙ ista ꝓpō. ens est vnū nō pt eē vera capiēdo vnuꝫ ꝑ vno indiuisibilitate. ꝛ stat rō in h̄. qꝛ isti antiq̄ ponebāt istud vnū infinitū. sicut Mellisius. vel finituꝫ sicut Perme. sed indiuisibile nō pt esse finitū nec infinituꝫ. qꝛ finitū ꝛ infinitū sunt q̄nta. sꝫ indiuisibile nec est q̄le nec q̄ntū. ǧ nō pt dici ꝙ vnū accipiať ꝑ vno indiuisibilitate

Deinde ibi. Atuero si rōe. Probat ꝙ vnuꝫ nō pt capi ꝑ vno rōe. ꝛ hoc sic. qꝛ si oīa sꝫ vnū rōe seqrenť tria incōueniētia. pmū qꝛ ꝯ̄ria eēnt vnū f̄m rōem. sic scꝫ ꝙ eadem esset rō boni ꝛ mali. sicut Eraclitꝰ ponebat eandē esse rōnē ꝯ̄rioꝝ. vt pꝫ. iiij. metaph. Scōm qꝛ eadē eēt rō boni ꝛ nō boni. qꝛ ad malū seqtur nō bonū. ꝛ sic seqreť ꝙ eadem esset rō entis ꝛ nō entis. ꝛ sic nō solū oīa entia eēnt vnuꝫ ens. sed etiā ens ꝛ nihil eēnt vnū f̄m rationē. Terciū incōueniens. quia tunc diuersa genera vt qualitas ꝛ quātitas essent eadeꝫ f̄m rationem. quia ista om̄ia continētur sub ente que sunt incōuenientia. ǧ illud ex quo sequitur.

Tūnc ibi. Cōturbati sunt aūt. Aresto. reprobat seqn̄tes opiniones illoꝝ antiquoꝝ dicens. ꝙ aliq̄ phi sequētes opiniones illoꝝ phoꝝ. vt nō cogerent̄ ponere idē esse vnū ꝛ multa auferebāt hoc verbū est a ꝓpōne ne cogerentur aliq̄ mō ponere multitudinē entiū. sicut Lycophron Alij aūt phi attendētes ꝙ talis oꝛō esset imꝑfecta qn̄ eēt ablata copula mutabāt copulā in verbū. dicētes ꝙ nō liceret dicere hō est alb⁊. sed hō albatur. Nec liceret dicere hō est ambulās. sed hō ambulat. Deficiebāt ḡ antiq̄ in hoc ꝙ nō sciebāt distinguere inter ens ꝛ vnū. qꝛ credebāt ens ꝛ vnū vniuoce dici. q̄ dicunt̄ multiplr̄. ꝛ ideo illa q̄ sc̄ʒ vnū subiecto sunt multa rōe. sicut albū ꝛ paries. Etiam q̄dam sunt vnum toto ꝛ multa ꝑtib⁊. sicut ꝯtinuū. sed si multa ꝛ vnū referant̄ ad idē. tūc sunt opposita. sicut vnū spē ꝛ diuersa spē. vnū numero ꝛ diuersa numero opponūtur. Vn̄ nō optet auferre hoc verbū est a ꝓpōnib⁊. qꝛ illa inter q̄ ponit̄ hoc verbū est hn̄t aliquā vnitatē cū distinctione. Cū eīm dꝛ. hō est alb⁊. hō ꝛ alb⁊ sunt vnū numero siue subiecto. q̄d notat̄ cū dꝛ. hō ē albus. sʒ sunt multa rōe qꝛ alia ratio hominis ꝛ alia albi. Sic etiam vnū in actu ē multa in potētia. qꝛ vt sic vnū ꝛ multa nō opponunt̄. ꝛ ita silr̄ dōm est de toto ꝛ partibus

Ar. Idem nō pt̄ esse albū ꝛ nigrū. ꝛ ꝑ ꝯn̄s idē non pt̄ esse vnū ꝛ multa. ꝛ ḡ antiqui bn̄ dixerūt ꝙ idem nō sit vnuʒ ꝛ multa. Aīs ꝓbat̄. q̄a cōtraria nō pn̄t esse in eodē subiecto ¶ Dōm ꝙ nō est sile de albo ꝛ nigro et de vno ꝛ multo. qꝛ albū ꝛ nigrū sunt cōtraria specifica et specialia. ꝛ iō nō possunt ꝭm actū vni inesse. sed vnuʒ ꝛ multa sunt ꝯtraria trāscēdentia ꝛ vlia. ꝛ ḡ possunt respectu diuersoꝝ vni inesse. ꝛ hoc est quod solet dici. ꝙ non est aliqua multitudo sine vnitate propter transcendentiam vnius et multi

Vr. Vtrū totū sit sue ꝑtes. ¶ Pro rn̄sione notandū ꝙ totū accipit̄ triplr̄. vno mō cathegreumatice ꝭm ꝙ idem est q̄d integrū hn̄s omēs suas ꝑtes. ꝛ isto mō verificat̄ ista. totū qd̄ est in mūdo ē in oculo meo Alio mō sincathegreumatice. ꝓut valet tm̄ sicut q̄libet pars. et sic ista ꝓpō verificat̄. totus sortes est minoꝛ sorte. Tercio mō accipit̄ ꝑtim cathegreumatice ꝛ partim sincathegreumatice. ꝛ sic tm̄ valet sicut hoc ꝛ nihil eius q̄n hoc.

Tunc dōm ꝙ accipiēdo totuʒ ꝑmo mō ꝓpō est distinguenda. qꝛ vel p̄dicatum intelligit̄ attribui subiecto coniunctim vel diuisim. cōiunctim sic scʒ ꝙ totum sit sue ꝑtes simul sumpte. diuisim. i. ꝙ totum sit sue ꝑtes diuisim acceptę. Si ḡ ꝑmo mō intelligat̄ ꝓpō est vera de toto integrali ꝛ essentiali. q̄a ibi totū est sue ꝑtes simul sumpte. sed falsa est de toto potestatiuo. quia anima nō est oēs potentie etiā simul sumpte. Si vero intelligat̄ p̄dicatum subiecto diuisim attribui. ꝛ sic vel intelligit̄ de toto potestatiuo. definitiuo. vel integrali. Si de toto potestatiuo. sic est simplr̄ falsum. Sed si intelligat̄ de toto definitiuo. hoc est duplr̄. q̄a vl' totū definitiuū ꝯparat̄ ad suas ꝑtes reales que sunt materia ꝛ forma. ꝛ sic est falsum. quia hō non est aīa nec coꝛpus diuisim sumpta. Aut comparat̄ ad partes rōnis que sunt genus ꝛ dr̄ia. ꝛ tūc est ꝓpō vera. s. ꝙ totū est sue ꝑtes etiam diuisim sumpte. q̄a homo ē animal ꝛ rōnalis. Si aūt de toto integrali. sic iterum est distinguendū. qꝛ est duplex totū integrale. scʒ omogeniuʒ ꝛ etherogeneū Omogeniū est totū habēs partes eiusdem nature ꝛ spēi. sicut aqua est eiusdē nature in toto ꝛ in suis partib⁊. sed totū etherogeneū est diuersaꝝ naturaꝝ. Si ergo intelligat̄ de toto omogeneo. tunc ꝓpō est vera in illo sensu in quo verū esse dꝛ cōuenientiā in natura. nō auteʒ ꝭm ꝙ dꝛ cōuenientiā in q̄busdam accidentib⁊. Exempli gratia. nos dicimus ꝙ tota aqua sit sue ꝑtes etiā diuisim sumpte ꝭm naturā. sed nō ꝭm quantitateʒ que est accn̄s aq̄. Sed si intelligat̄ de toto etherogeneo. sic est simplicit̄ falsa de ꝑtibus diuisim acceptis. Et rō illius diuersitatis est. qꝛ forma totius omogenei respicit totū ꝑ se. ꝛ silr̄ ꝑtes ꝑ se. sed forma totius etherogenei ꝑmo respicit totū directe ꝛ ꝑ se. ꝛ ex ꝯn̄ti ꝑtes. ꝛ ḡ ꝑtes nō recipiūt p̄dicatione totius sicut in toto omogeneo. Alio mō accipit̄ totū sincathegreumatice. ꝛ sic p̄dicatū pt̄ attribui subiecto vel cōiunctim vel diuisim. si attribuat̄ ꝯiunctim subiecto semꝑ ꝓpō est falsa p̄terq̄ in partib⁊ definitiuis rōnis. sicut sunt genus ꝛ dr̄ia. Est eīm sensus ꝙ q̄libet ꝑtes alicuius totius simul sumpte sunt vna ps. et hoc est manifeste falsum in toto integrali ꝛ in toto potestatiuo ꝛ essentiali per cōparationem ad ꝑtes reales. qꝛ coꝛpus nō est aīa et coꝛpus simul sumpta. Silr̄ paries nō est omnes ꝑtes domus simul sumpte. Vel predicatū attribuit̄ subiecto diuisim. ꝛ sic potest ꝓpō esse vera reddēdo singula singulis qꝛ q̄libet ps est q̄libʒ ps diuisim sumpta. reddēdo singula singulis. Tercio mō accipitur totū partim cathegreumatice ꝛ partim sincathegreumatice. ꝛ sic ꝓpō est vera capiendo partes ꝯiunctim in toto integrali ꝛ in toto eēntiali habente partes. quod notāter dꝛ ꝓpter materialia. qꝛ in illis oēs ꝑtes simul sumpte sunt hoc totū. ꝛ nihil eius q̄n hoc. Exēpli grā. domus q̄ est totuʒ integrale est sue partes simul sumpte. ꝛ nihil eius q̄n hoc. Sed est ꝓpositio falsa in toto ꝑtātiuo. silr̄ sicut in alijs acceptōibus

Ar. Nihil est ꝑus seipso. sed ꝑtes sunt ꝑores toto. ḡ partes nō sunt idem cum toto. ¶ Dōm ꝙ partes alicuius totius accipiunt̄ duplr̄. vno mō diuisim. ꝛ sic sunt prioꝛes toto. quia cōstituunt totum ꝭm quandā successiuā collectionem. sicut patet de constructione dom⁹. Alio modo accipiūtur partes alicuius totius ꝯiunctim et sic sunt simul t̄pe cū toto. sed tm̄ ꝑtes sunt naturalit̄ ꝑores toto via generationis. ꝛ econtra. totum est prius ꝑtibus via perfectionis. et sic non est incōueniens idem ꝭm vnum modum esse prius aut posterius seipso ꝭm alium ꝛ alium modum prioꝛitatis

Ar. Quecūq̄ sunt eadem vni tercio singulari sunt eadem inter se. si ergo ꝑtes totius integralis sint simpliciter eedem ipī toto. ergo erūt eedem inter se. ¶ Dicendum ad maioꝛem. ꝙ tripliciter aliqua conueniunt in vno tercio singulari. vno modo ꝭm ꝙ subsistunt in illo tercio singulari. sicut accidentia cōueniunt in subiecto. ꝛ tunc non est necesse ꝙ ea que cōueniunt in vno tercio singulari ꝙ conueniant inter se ꝭm predicationem. in hoc eīm fundatur falsitas istius argumenti. lac est dulce ꝛ lac est album. ergo dulcedo est albedo. Alio modo cōueniunt aliq̄ in vno 3° subsistētialiter. non āt essentialiter et ꝭm predicationem. quia scʒ totum siue tercium de ipsis p̄dicari non potest. et sic conueniunt partes domus in domo ꝛ partes hominis in homīe. quia nō dicimus. paries est domus. fundamentum est domus. nec dicimus. pectus est homo. caput est homo. ꝛ isto modo iterum falsuʒ est aliqua duo inter se conuenire que conueniunt in vno tercio. Tercio modo aliqua conueniunt in tercio eēntialiter et ꝭm predicatōem. sic scilicet ꝙ eēntialiter de illo tercio p̄dicantur. sicut animal ꝛ homo conueniunt in soꝛte.

et sic maior est vera. scꝫ quecunqꝫ sunt eadem vni tercio singulari sunt eadem inter se

Ar. Aliquod est totum cuius partes non sunt. ergo nō esse totū erit idem cum suis partib9. Antecedens patet de tēpore. ¶ Dicendū ꝙ eodem modo quo totuꝫ est oportet semꝑ ꝑtes eius esse. Est eñ aliquod totum simplr̄ ꝑmanens. quod scꝫ nō recipit aliquā mutationem in subsistētia. sicut sunt corpora celestia. et in illis etiam partes non habent successionem. Aliud est totum quod est simpliciter successiuuꝫ. sicut est tempus. et hoc habet partes omnino successiuas. quia tempus dicitur eē eo ꝙ vna ꝑs succedit alteri. Aliud est totum qd̄ se habet medio modo. quod scꝫ manet sm ꝑtes formales. sed nō sm partes materiales. sicut patet in viuentibus phisice siue aīatis. qꝛ in illis ꝑ continuū nutrimentū pereūt partes materiales. et restaurant̄ ꝑ nutritiōem. sed manēt ꝑ eedē ꝑtes formales. vt pꝫ in ꝑmo de generatione.

Querit. Utrum indiuisibile posset esse quale vel quantū ¶ Dicendū ꝙ indiuisibile capitur tripliciter. vno modo pro indiuisibili cōtinuitate et sic indiuisibile dicitur continuū actu non diuisuꝫ. Alio modo accipitur indiuisibile pro indiuisibili ratione. sm ꝙ aliqua forma dicitur indiuisibilis. sicut species specialissima. Tercio modo capitur indiuisibile ꝓ indiuisibili simpliciter. sicut est punctū quod nullo modo ē diuisibile. Et hoc est duplex. quia aliquod est indiuisibile ꝓuatiue et in genere. quia scꝫ est de genere quantitatis. et sic punctum et vnitas dicuntur indiuisibilia. Aliud est indiuisibile negatiue et extra genus. et sic forme immateriales dicuntur indiuisibiles sicut substantie separate. ¶ Istis presuppositis dicendum est ꝙ si indiuisibile accipiatur primo et secūdo modis. tunc indiuisibile est quantū et quale. differēter tamen. quia indiuisibile primo modo est quantū essentialiter. quia est met quantitas. sicut patet de continuo. sed indiuisibile secūdo modo est quantū accidentaliter. quia quantitas est in eo sicut accidens in subiecto. vt patet de homine qui est quantus accidētaliter. Et ista indiuisibilia etiam sunt qualia. sed differēter. q̇a indiuisibile primo modo est quale sicut subiectū quo. quia q̄ntitas est subiectum quo q̄litatis. sed indiuisibile secūdo mō est q̄le sicut subiectuꝫ quod. Sed si accipiat̄ indiuisibile tercio mō. et priuatiue pro indiuisibili in genere quod idem est. sic indiuisibile nec est quale nec quantū. sicut patet de puncto q̇d nō est quantū. q̇a de rōne q̄titatis est habere partē extra partē. vt patet ex definitionib9 q̄ntitatis cōtinue et discrete. sed hoc indiuisibile nō habet partes. ergo non est quātum. Nec q̄le. q̇a qualitas rei materialis p̄supponit quantitatē. sed quia indiuisibile tale non habet quantitatē. ergo nec qualitatē. qꝛ qualitas materialis in quātitate fundatur. et sic loq̇tur Arestoteles in textu de tali indiuisibili cū d̄t. ꝙ nec est quale nec quantū Si aūt accipiat̄ indiuisibile negatiue et extra genus. sic indiuisibile non est quātum. qꝛ non habet materiā q̄ est principiū q̄ntitatis Et tamē hoc indiuisibile est quale. non q̇dem qualitate materiali. sed spūali. quia in substantijs seꝑatis sunt ista accidentia spūalia. intellectus. volūtas. sciētia. et species intelligibiles. et sic de alijs. Qꝫ autem sit necesse ista accidētia esse in eis sic patet. quia ille substātie seꝑate oꝑantur cuꝫ non sint ociose et nihil citra primū operatur ꝑ suam eēntiam. oportet ergo ꝙ oꝑentur ꝑ potentiā aliquā suꝑadditam. et q̇a potentia non procedit ad actū absqꝫ spē obiecti. ergo necesse est in potētijs esse spēm intelligibilē. Ista aūt de deo dicta non addūt aliquā q̄litatem. sed sunt eēntia diuina que est simplicissima

Ar. Substātie spūales dicunt̄ esse magne. sicut patet de deo. ergo videtur ꝙ sint quāte. ¶ Dicēduꝫ ꝙ duplex est quātitas. vna est quātitas molis. i. quātitas dimēsiua. Alia est quātitas perfectionis siue virtutis. forme autem substantiales vt est anima. et etiaꝫ substantie separate sunt quante quātitate ꝑfectionis et virtutis que sumitur sm gradus ꝑfectionis rei sm ꝙ dicit Augustinus in his que non mole magna sunt idem est eē maius quod melius. sed nullo modo sunt quāte quantitate molis qua aliquid est diuisibile. Et quādo dicit̄ quantitas molis est forma. sed omis forma est indiuisibil̄ vt dicit Gilbertus. ergo sm ipsam nō poterit aliquid eē diuisibile. Dicendū ꝙ quātitas molis accipitur duplicit̄ vno modo sm ratōem forme specifice. et sic habet indiuisibilitatem. q̇a sm ꝙ forma est sic habet vnitatem specificam. oportet eñ essentiam forme consistere in indiuisibili. Alio modo accipitur quātitas sm ꝙ compatur ad partes que sunt in ipsa potentialiter. et sic est diuisibilis. et isto modo non cōtinetur sub definitione forme definite. quaꝫ ponit Gilbtus Porritanus.

Ar. Substātie seꝑate sunt indiuisibiles et sunt quales. ergo indiuisibile erit quale. ¶ Dicenduꝫ ꝙ indiuisibilia possunt esse q̄lia qualitate spūali. sed nō corporali. quia substantie separate nō pn̄t esse albe nec nigre et de tali q̄litate loq̇tur Aresto. quia loq̇tur contra antiquos dicentes. sm quantitatē molis esse infinitū in ente et ꝑ cōsequens qualitatē et quātitatem corporalē

Ar. Continuuꝫ sm quālibet partē suam est quale sed punctū est pars continui. ergo erit quale. ¶ Dicendū ꝙ duplices sunt partes in cōtinuo. scilꝫ integrales. et sic est verū ꝙ continuū sit quale sm quālibet ꝑtem eius. quia si paries totus sit albus necesse est quālibet partem parietis esse albam. Alie sunt partes definitiue. et sic punctum dicitur pars linee. q̇a ponitur in ratiōe linee. et sic non est necesse quālibet partem continui esse q̄lem. quia talis pars non habet quantitatem nisi virtualiter et quasi principiatiue quare etiam non erit quale. eo ꝙ qualitas p̄supponit quantitatem.

Queritur Utrum ista propositio sit vera tm̄ vnum est ¶ Dicendū ꝙ in ista questione primo distinguendū est de vno. quia vnum accipitur dupliciter. vno modo transcendenter prout cōuertitur et identificat̄ cum ente. et sic omne ens dicit̄ vnū. Alio modo capitur vnum sm ꝙ est principiū quantitatis discrete. et sic reductiue est in predicamēto quātitatis Et ratio istius diuisionis est. quia vnum consistit in indiuisione. dicitur eñ vnum quasi indiuisum. sm ergo modum diuisionis oportet accipere modum indiuisionis et vnius. quia tot modis dicitur vnum oppositorum quot modis et reliquū. Sed est duplex diuisio. quedam est diuisio formalis que fit ꝑ differētias formalit̄ oppositas. cuius origo est oppositio affirmationis et negationis. et sicut differentie nihil suꝑaddunt rei cuius sunt differentie. ita tale vnū. et talis indiuisio que resultat ex vna differentiaꝝ. Vn̄ patet ordo inter ista tria que sunt ens diuisio et vnū qꝛ ꝑmū cadēs in nr̄m intellectum est ens. et scd̄o cadit in nr̄m intellectuꝫ diuisio. quia nos cognoscimus composi-

ta p simplicia deinde intelligim⁹ vnũ. qđ q̃uis sit prius et simplicius ſm ordinẽ nature. est tñ posteri⁹ quo ad nos. Ex quo patet ꝙ vnũ ꝛ multa se hñt priuatiue. nã vnũ đr indiuisionẽ. multũ aũt đr diuisionẽ. mõ indiuisum opponitur diuiso priuatiue. ergo etiã vnum opponit̃ multo priuatiue.

Et si arguat̃. opposita non pñt se sil' ꝯpati. sed in omni multitudine est vnitas. ergo nõ erit oppositio inter illa. Dicendũ ꝙ vnũ ꝛ multa pñt dupl'r capi. vno mõ ſm relationẽ ad idẽ ſm idẽ. ꝛ sic simpl'r opponũt̃. ꝛ nõ pñt se sil' ꝯpati sic nihil ẽ vnũ gñe ꝛ multa gñe Alio⁰ capiunt̃ ſm ꝙ referũt̃ ad diuersa. ꝛ sic pñt se sil' ꝯpati. q2 vnũ genere est multa spẽ. Est tñ cõsiderandũ ꝙ opposita in transcendentib⁹ pñt se melius ꝯpati q̃3 opposita ſcantia res determĩatas sicut albũ ꝛ nigrũ nõ cõpatiunt̃ se sil' in eodẽ subiecto. sed vnũ ꝛ multa ꝓpter trãscendentiã se sil' cõpatiunt̃ in eodẽ vt etiã supra dcm̃ est. Et si iterũ arguat̃. vnũ oppositorũ nõ cõstituit alterũ. sed vnũ cõstituit multitudinẽ. ergo nõ opponit̃ ei. Dđm ꝙ vnũ accipit̃ dupl'r. vno mõ materialit̃ ſm ꝙ est aliqđ imꝑfectũ reducibile ad ꝑfectõem alterius et sic nõ opponit̃ multitudini. sed est ps eius sicut ergo pars cõstituit totũ. ita ꝛ vnũ cõstituit multa. Alio mõ accipit̃ vnũ formaliter ſm formã indiuisibilitatis. ꝛ sic vnũ opponitur multitudini. ꝛ nõ p̄t secũ stare. q2 indiuisibilitas nõ p̄t stare cũ multitudine. q̃ tñ significat̃ in vnitate Secũdo distinguendũ est de hoc signo tm̃. q2 illud signũ tm̃ p̄t capi dupl'r. vno mõ ꝓut facit ꝓpõem de excluso subiecto. et sic cadit sup̄ subiectũ excludẽdo oĩa alia p̄ter subiectũ. Exẽpli grã qñ đ2 tm̃ sortes currit. si tm̃ faciat ꝓpõem de excluso subiecto. sensus est ꝙ sortes solitarie accept⁹ currit. ꝛ si aliq̃s sil' currat cũ sorte. adhuc ista est vera. tm̃ sortes currit. q2 sibi etiã solitarie cõuenit p̄dicatũ. Alio mõ capit̃ vt facit vnã exclusiuã que excludit om̃ia p̄ter subiectum a cõsortio p̄dicati. sic ꝙ p̄dicatũ h3 solũ cõmunionẽ cũ subiecto. Exẽpli grã. cũ đ2. tm̃ sortes currit. sensus est ꝙ cursus cõuenit tm̃ sorti. ꝛ non alteri. ꝛ iõ si aliq̃s sil' currat cũ sorte. tũc ista est falsa. tm̃ sortes currit Utroq; aũt mõ p̄t adhuc exponi dupl'r. sc3 grã alietatis ꝛ pluralitatis. Gratia alietatis. vt tm̃ sortes currit. i. sortes currit ꝛ nõ alius q̃3 sortes. sed grã pluralitatis sic exponitur. i. sortes currit ꝛ nõ plures q̃3 sortes currũt Per h̄ rñdetur ad quesitũ. ꝙ si tm̃ faciat ꝓpõem de excluso subiecto sp̄ propõ est vera. siue exponat̃ grã alietatis siue pluralitatis. ꝛ siue accipiat̃ vnũ transcẽdenter siue ꝓ pñcipio q̄ntitatis discrete. q2 sensus est ꝙ hoc quod est vnũ ꝛ nõ aliud q̃3 vnũ hoc est. vel hoc qđ est vnũ ꝛ nõ plura q̃3 vnũ hoc est Sed si accipiat̃ tm̃ ꝓut facit vnã exclusiuã. tũc ẽ distinguẽdũ q2 vel exponit̃ tm̃ gratia alietatis. ꝛ sic est vera. capiendo vnũ transcẽdenter. q2 sensus est. ꝙ esse cõuenit vni et non alteri q̃3 vni. ꝛ hoc est verũ. q2 vnũ et ens cõuertunt̃. licet sit falsa ſm ꝙ vnũ est pñm numeri. q2 sic multa sunt preter hoc vnũ. sicut deus ꝛ sube sepate que nõ hñt cõtinuitatem. ꝛ sic nõ sunt vnũ de p̄dicamento q̄ntitatis. Si vero exponat̃ tm̃ grã pluralitatis. sic semꝑ est falsa qualitercũq; accipiat̃ vnũ. q2 sensus est ꝙ esse cõuenit vni ꝛ nõ pluribus q̃3 vni. ꝛ hoc est semꝑ falsum. Et ad illũ intellectũ reprobãtur antiq̃. ꝛ hoc mõ d3 ista ꝓpõ exponi. tm̃ vnũ est. q2 est regula logicorũ. ꝙ qñ signũ exclusiuũ addit̃ termino numerali. tunc debet talis propõ exponi grã pluralitatis. sed in ista propõne tm̃ vnũ est. ponit̃ terminus numeralis ergo debet hoc signũ tm̃ exponi grã pluralitatis.

Ar. Ens ꝛ vnũ cõuertunt̃. sed ista est vera. tm̃ ens est. ergo ista erit vera. tm̃ vnũ est ¶ Dđm ꝙ ſm ꝓprietatem loquutõis aliter iudicandum est de ista. tm̃ ens est. ꝛ aliter de ista. tm̃ vnũ est. quia ista. tm̃ ens est exponit̃ gratia alietatis. ꝛ semꝑ est vera. Sed ista. tm̃ vnũ est ſm proprietatem loquutõis exponit̃ gratia pl'alitatis. ꝛ sic ẽ falsa. Unde patet ꝙ simpl'r loquẽdo debet ista ꝓpõ. tm̃ ens est. dici vera. ꝛ ista semꝑ dici falsa. tm̃ vnũ est Sic etiam soluit̃ hoc argumentũ. vnũ est. ꝛ nihil ab vno est. ergo tm̃ vnũ est. quia ista ꝓpõ est vera exponendo tm̃ gratia alietatis. quo modo nõ debet exponi. sed debet exponi gratia pluralitatis. et sic est falsa

Et ex q̃bus demõstrant soluere nõ difficile est. vtriq; em̃ sophistice syllogizant et Permenides ꝛ Mellissus. Et naq; falsa recipiũt ꝛ nõ syllogizantes sunt. Est autem magis Mellissi onerosa ratio ꝛ non habens defectũ. Sed vno incõuenienti assignato alia cõtingunt. Hoc autem nihil graue est. Quidem igitur Mellissus male paralogizat manifestũ est. Opinatur em̃ accipere. si quod factum est habet principium omne. quoniã ꝛ quod non est factũ non habet principium. Postea ꝛ hoc inconueniens omnis esse principium rei ꝛ non tẽporis et generationis. non simplicis sed alterationis tanq̃ non momentanee facte mutationis. Postea propter quid immobile si est vnum. sicut enim et pars vna. cum sit hec aqua mouetur in ipsa. quare non ꝛ omnis postea propter quid alteratio non erit. Atuero nec specie possibile est vnum esse. sed sicut ex quo. Sic enim et phisicorum quidam vnum dicunt. Illo autem modo non Homo autem ab equo alterũ est specie et cõtraria abinuicem

¶ Postq̃3 Aresto. reprobauit opinionẽ Permenidis et Mellissi ex hoc ꝙ dicebãt illam ꝓpõem (tm̃ vnũ est) esse veram. Hic ꝯñter incipit soluere eorũ ratões. Et primo rõem Mellissi. secũdo Permenidis. ibi. Et ad Permenidẽ. Primo tamẽ ponit facilitatem solutionis. et dicit ꝙ nõ ẽ difficile soluere rões istoru3 phorũ. quia manifeste peccãt in materia cũ ꝓcedãt ex falsis. ꝛ etiã peccãt in forma cũ nõ syllogizent Uerũ est tñ ꝙ rõ Mellissi est magis onerosa. id est vana ꝛ fatua et non habẽs defectum. id est nõ inducens dubitatõem. q2 assumit illud qđ contrariat̃ pñcipijs naturalib⁹ ꝛ manifeste falsu3 ẽ. sc3 ꝙ ens nõ generet̃. ꝛ ergo nõ est difficile si vno incõuenienti dato alia ꝯtingãt

Tũc ibi Quidẽ igit̃. Aris reprobat rõem Mellissi q̄ est tal'. si aliqđ est factũ ipm h3 pñm. ergo qđ nõ ẽ factũ nõ h3 pñcipiũ. sed ens nõ est factũ. ergo nõ h3 pñcipiu3. Sed q̄cq̄d

nõ habet principiũ est infinitũ. qꝛ ex ea pte qua caret pñcipio nõ hȝ finẽ siue terminũ. Et qcq̄d est infinitũ est imobile. qꝛ nõ hȝ aliq̄d extra se a q̄ moueat᷑. vel ad qd̕ moueat᷑. Quicq̄d aũt est infinitũ ꝛ imobile ē tm̄ vnũ. g̊ tm̄ vnũ est. Sed ꝙ ens nõ sit factũ ꝓbat᷑ inferius rõe Anaxagore. quã ponit circa finẽ huius libri pmi Reprobat g̊ istã rõem q̄ntũ ad q̄ttuor illatões q̄ in ipa ponunt᷑. Prima q̄ntũ ad h̄ ꝙ d̕r. si aliq̄d est factũ ipm hȝ pncipiũ. ergo qd̕ nõ est factũ nõ hȝ pncipiũ. ꝛ d̕t ꝙ ibi sit fallacia ꝯñtis qꝛ arguit᷑ a tota ꝯditionali cũ destructõe añtis ad destructionẽ ꝯñtis. q̄ ꝯña nõ valet. sicut in silr̄ non valet. si hõ est aial est. g̊ si hõ nõ est aial nõ est Tũc ibi Postea ꝛ hoc. Phs improbat scd̕am illatõem Mellissi. q̄ fuit ens non hȝ principiũ. g̊ est infinitũ. ꝛ d̕t ꝙ ibi est fallacia equocationis. qꝛ pñm accipit᷑ in ista illatõe aliter q̄ȝ in pma. qꝛ necesse est in pma illatõe pñm capi ꝓ pncipio duratiõis siue effectiuo. sic em̄ valet. si aliq̄d est factũ hȝ pñm effectiuuȝ sed in ista illatõe scd̕a capit᷑ ꝓ pncipio magnitudinis. tũc em̄ solũ valet. ens nõ hȝ pncipiũ magnitudinis. g̊ est infinitum. qꝛ oē finitũ d̕ȝ habere finẽ magnitudinis ꝛ etiã initiũ. Deinde ibi. Postea ꝑter q̄d. Improbat terciã illationẽ q̄ fuit ista. si ens est infinitũ est imobile. qꝛ si aliq̄d est infinitũ nõ seq̄tur ꝙ sit totaliter imobile. q̄ȝuis em̄ infinitũ nõ posset moueri extra locũ ꝫm totũ. qꝛ nõ est assignãdus locus aliq̄s in quẽ moueat᷑. pt tñ intra se localiter moueri. Exẽpli grã. si esset vna aq̄ infinita illa posset adhuc moueri ꝑ ptes suas. ꝛ sic nõ cessabit oĩs motus sicut voluit Mellissus. Scd̕o nihil impedit q̄n totũ infinituȝ posset moueri motu alteratõis. qꝛ totũ infinitũ possȝ alterari. qꝛ in alteratõe nõ optet ponere locum infinitũ ad quẽ moueret᷑. sicut motu locali. in q̊ optet locũ esse eq̄lem mobili. Tunc ibi. Atuero nec spẽ. Reprobat phs q̄rtã illationẽ q̄ fuit ista. si ens ē infinitũ ꝛ imobile. g̊ est tm̄ vnũ. q̄a nõ seq̄tur ꝙ sit vnũ q̄litercũq̄ȝ sicut ipse ponebat absq̄ȝ distinctõe. nã si em̄ ens sit infinitũ nõ est necc̄e vnuȝ esse ꝫm spẽm sed si sit infinituȝ pt forte esse vnũ ꝫm materiã. ꝛ hoc fuit de mente phoꝝ. qui ponebant vnaȝ materiã reꝝ infinitã. s. aerẽ vel aquã. qꝛ manifestuȝ est ꝙ hõ et equus differũt ꝫm spẽm ꝛ sunt cõtraria ꝫm spẽm

Ar. In rõne Mellissi arguit᷑ a conuertibilibꝫ. g̊ est bonũ argumẽtũ. ¶ D̕ĩm ꝙ pncipiuȝ accipit᷑ triplr̄. vno° ꝓ pncipio duratõis. ꝛ sic arguit᷑ ex ꝯuertibilibꝫ. qꝛ si aliq̄d sit factũ ipm hȝ pñm duratõis. ꝛ si non sit factũ nõ hȝ principiũ duratõis. sed sic nõ pt hic capi pnciṗiũ. qꝛ tũc scd̕a illatio nõ seq̄ret᷑ ex pma. vbi d̕r. si aliq̄d nõ hȝ pncipiũ ipm est infinitũ. Alio° accipit᷑ ꝓ pncipio magnitudinis tm̄. ꝛ sic accipit᷑ in scd̕a illatõne in q̄ d̕r. si aliq̄d nõ hȝ pncipiũ ipm est infinitũ. qꝛ hoc d̕r infinitũ qd̕ nõ hȝ principiũ magnitudis. Tercio mõ accipit᷑ principiũ pro pncipio durationis ꝛ magnitudinis sil̕. ꝛ sic necesse est h̄ capi principiũ. ꝛ per ꝯñs nõ arguit᷑ ex cõuertibilibꝫ. qꝛ sic habere principiũ est generalius q̄ȝ esse factum

¶ Postq̄ phus p̄misit q̄dam preambula. hic ꝯsequenter ex ipoꝝ suppōne ostendit ꝓpositū. scʒ ꝙ in omni factione reqruntur tria. Et circa hoc duo facit. p̄mū est ꝙ in om̄i factōe p̄suppōnitnr subiectnm. Scōm est ꝙ hoc subiectū qꝺ p̄supponitur in factione q̄uis sit vnum numero tn̄ nō est vnū specie ꝛ ratione. ꝛ ista duo supposita probat sed ordine retrogrado. qꝛ p̄mo ꝓbat secūdū. ꝛ secūdo primū. Qꝫ aūt subiectū factōis sit duo rōne. ꝓbat duabꝫ rōnibꝫ. que rōnes sumūtur ex p̄ambulis p̄us positis. ꝛ stat p̄ma rō in hoc. illa nō sunt eadem specie quoꝝ vnū ꝑmanet alio non permanente. sed in subiecto factiōis sꝫ duo. quoꝝ vnū permanet post mutationem factam alio nō ꝑmanente. ergo non possunt illa duo esse vnuʒ specie. Sicut exempli gratia quando ex immusico fit homo musicus. tūc nō sunt idem homo ꝛ immusicus. quia mutatōe facta manet homo ꝛ nō immusicum. Tūc ibi. Sed ex alio. Ponit̄ secūda rō. ꝛ stat in hoc. illa non sunt eadē in q̄rū assignatōe vtimur diuersis modis loquēdi. sed in assignatōe materie ꝛ p̄uatōis vtimur diuersis modis loquēdi. g̊ nō sunt eadem. Maior pʒ. qꝛ diuersi modi loquēdi fundātur in diuersis modis ꝯcipiendi ꝛ essendi. Minor ꝓbatur. qꝛ assignando ip̄m subiectū vtimur mō loquendi in noīatiuo. dicimus em̄ homo fit musicus. Sed assignando ipam p̄uationem vtimur mō loquēdi in ablatiuo. qꝛ dicimus ex immusico fit musicus

Multipliciter aūt cū dicatur fieri ꝛ horuʒ q̄dem nō simpliciter fieri. sed hoc aliq̄d fieri. simpliciter aūt fieri substantiarū solum est. ꝑm q̄d alioꝝ. manifestū ꝙ necesse est subijci aliq̄d ei qꝺ fit. Etem̄ q̄ʒtum ꝛ quale ꝛ ad alterū ꝛ quando ꝛ vbi fiunt in subiecto aliquo ꝓpter id ꝙ sola substantia de nullo alio dicitur subiecto. sed om̄ia alia de substantia. Q aūt et subiecto ꝛ quecūqꝫ alia simpliciter entia ex quodā subiecto fiūt cōsideranti vtiqꝫ fiet manifestū. semꝑ em̄ aliq̄d est qꝺ subijcit̄ ex q̊ fit qꝺ fit. vt plante ꝛ aīalia ex semine fiūt Fiūt aūt que fiūt simpl'r. alia q̄dem trāsfiguratōe. vt statua. alia vero appositione vt que augmētant̄. alia vero abstractōe vt ex lapide Mercurius. ꝯpōne aūt. vt domꝰ. alteratione vero. vt q̄ ꝯuertūtur ꝑm naturā. oīa autē q̄ sic fiūt manifestū est qm̄ ex substātijs fiūt

¶ Hic Aresto. ꝓbat aliā suppōnem q̄ fuerat p̄ma in ordine. scʒ ꝙ oportʒ in om̄i factōe esse subiectū. ꝛ hoc ꝑ rōnem ꝓbare ꝑtinet ad metaphy. sed hic ꝓbat tm̄ ꝑ inductionem. ꝛ p̄mo ex ꝑte eoꝝ q̄ fiunt. secūdo ex ꝑte modorū fiendi. Quo ad p̄mū ꝺꝛ sic. om̄ia q̄ fiunt vel fiūt simpliciter. i. subaliter. sicut qn̄ hō asinus ꝛ bos dicūtur fieri aut fiūt accn̄taliter. vt qn̄ fit aliq̄d ꝑm accn̄s. qn̄ scʒ aliq̄d fit albū vel nigrū. sed in om̄ibꝫ istis mutatōibꝫ opꝫtet esse subiectū. g̊ in om̄i mutatōe p̄supponit̄ subiectū. Minor patʒ p̄mo de mutatōe accn̄tali inductiue. qꝛ si debeat fieri q̄ʒtitas q̄litas aut ad aliq̄d. opꝫtʒ semꝑ p̄supponere subiectū. Cuius rō est extra textū. qꝛ eodē mō aliqua fiūt q̊ mō habēt esse. qꝛ fieri est via ad esse. sed accn̄s nō est naturaliter sine subiecto. g̊ etiā naturaliter nō fit sine subiecto. Scꝺo ꝓbat idem de mutatōne subali. ꝛ hoc facit inducendo in aīalibꝫ ꝛ plantis. qꝛ plante ꝛ aīalia fiunt ex semine sicut ex subiecto. ꝛ acquirūtur ꝑ mutatōem subaleʒ ergo in mutatiōe substātiali oportʒ p̄supponere subiectū Tūc ibi. fiūt aūt Probat ꝙ in om̄i mutatōe opꝫtʒ esse subiectū ꝑ modos fiendi. qꝛ eoꝝ que fiūt aliq̄ fiūt trāsfiguratōe. sicut statua. alia appōne. sicut fons ex riuulis. aliqua fiūt abstractōe. sicut q̄ fiunt ꝑ sculpturā. sicut. Mercurius fit ex lapide. alia fiūt ꝯpōne. vt domus. alia alteratione sicut nutritū fit ex nutrimento. sed in oībꝫ istis presupponit̄ subiectū. g̊ in om̄i mutatōe necesse est p̄suppone re subiectū. Minor pꝫʒ. qꝛ qn̄ aliq̄d transfigurat̄ tūc presupponit̄ subiectuʒ qꝺ capit aliam ꝛ figurā. ꝛ sic etiam de alijs est dicendum.

Ar. In secūdo physicoꝝ ꝺꝛ Aresto. ꝙ semen hʒ se efficienter ad rem ꝓductā. g̊ male ꝺꝛ hic ꝙ habeat se material'r Dꝺm ꝙ in semine sunt duo attēdēda. vnū ex quo ꝓducit̄ fetus siue fructus. sicut ingrediēs subam eius. ꝛ illud hʒ se materialiter Aliud qꝺ efficit organisatōem in materia. ꝛ tale hʒ se efficiēter. Exēpli grā in ouo vitellus habet se materialiter ad pullū. qꝛ ex illo fit pullus. sed virtus formatiua q̄ est ministrata ab efficiēte siue ab agente hʒ se efficientet ad ꝓductōem pulli

Quare ostensum ex dictis est. qm̄ qꝺ fit semꝑ ꝯpositū est. et est q̄dē aliq̄d qꝺ fit. est aūt aliq̄d qꝺ hoc fit. ꝛ hoc dupl'r. aut em̄ subiectum aut oppositū. Dico aūt oppositū q̄dē nō musicū. subijci aūt hoiem Et infiguratōem ꝛ inordinatōem ꝛ informatōem oppositū Es autem et lapidem ꝛ aurū subiectum.

¶ Concludit hic p̄ncipale ꝓpositū dicēs. ꝙ illud ex quo aliq̄d fit est semꝑ ꝯpositū. sicut ostensum est. ꝛ cū in qualibet factōe sit id ad qꝺ terminat̄ fieri. ꝛ id cui attribuit̄ fieri. qꝺ est duplex. scʒ subiectū ꝛ oppositū. manifestū est ꝙ in quolibet fieri sunt tria. scʒ subiectū ꝛ terminus factionis. et oppositū eius Sicut cū hō fit musicus. oppositū est nō musicū. sed subiectū est homo ꝛ musicus est terminꝰ factionis Et siliter infiguratio ꝛ informitas ꝛ inordinatio sunt opposita. sed es ꝛ aurum ꝛ lapides sunt subiecta in artificialibus.

Queritur Utrū illud quod generat̄ sit totum ꝯpositum. Dicenduʒ ꝙ sic. ꝛ rō est. qꝛ eodem modo alicui ꝯuenit fieri quo modo sibi ꝯuenit esse. sed totum ꝯpositum habet esse. ergo toti ꝯposito ꝯuenit fieri Maior patʒ. qꝛ fieri est via in esse. g̊ eidem ꝯuenit fieri cui conuenit esse. Minor patʒ. qꝛ partes totius compositi nō habent esse nisi in toto. ꝛ ex hoc etiam sumitur ꝙ accidentia non habent fieri nisi in subiecto. quia sic habent esse.

Et si querat̃. an ne materie ⁊ forme aliquo mõ cõue-
niãt fieri. Dõm ꝙ sic. sed cũ addito ⁊ improꝑe. q̃d pt̃ ꝓ-
bari ex fundamẽto iã dicto. q₂ eodẽ mõ ꝯuenit alicui fie-
ri q̊ mõ ꝯuenit sibi eẽ. sed ꝭm p̱hm scd̃o de aĩa dupl'r ꝯue
nit alicui esse. vno° improꝑe. sicut illi q̊ aliq̃d est. ⁊ h̃ ꝯtin
git dupl'r. vno° sicut subiectuꝫ. alio mõ sicut forma. q₂ d̃t
Arꝫ. ibidẽ ꝙ aliq̃s d̃₂ sanus corꝑe sano vel sanitate. Alio
mõ d̃₂ aliq̃d esse ꝓprie sicut totũ ꝯpositũ cui ꝓprie ꝯuenit
esse. Seq̃tur correlarie ꝙ etiã subiectũ siue materia p̃t di
ci generari. sicut q̊ aliq̃d generat̃ scꝫ subiectiue. ⁊ forma p̃t
dici generari. sicut q̊ aliq̃d generat̃ formalit̃. sed totũ est il
lud q̃d ꝓprie generat̃. Et hoc alij sic ꝓferunt sub his ver-
bis. q₂ materia d̃₂ generari subiectiue. forma ãt d̃₂ gñari
terminatiue. totũ ꝯpositũ d̃₂ gñari cõpletiue. Iste igitur
ꝓpõẽs. materia generat̃. forma generat̃ nõ sꝫ cõcedende
absq₃ additõe. sicut ista cõcedit̃. totũ cõpositũ generatur.

Ar. Cõmentator Auerrois d̃t ꝙ materia sit q̃ in
rei veritate generat̃. g̊ materia d₃ dici genera-
ri ¶ Dõm ꝙ ip̃e manifeste loq̃tur de generatõe q̃ntũ ad
subiectuꝫ. vt sit sensus ꝙ subiectiue generat̃. q₂ ibi ponit
distinctõem inter generatõem simpl'r ⁊ ꝭm q̃d. ⁊ iõ intel-
lectus istius ꝓpõnis est ꝙ materia est q̃ in rei veritate est
subiectũ generationis. Per hoc em̃ distinguit̃ generatio
q̃tum ad subiectũ ab alijs motib₉. q₂ generatio est ex sub
iecto q̃d est materia p̃ma. in alijs aũt mutationib₉ subie
ctum nõ est materia p̃ma. sed totũ cõpositum

Ar. Subiectũ motus d₃ denoĩari a motu. sed ma
teria est subiectũ generatõnis. g̊ materia dicet̃
generari ¶ Dõm ꝙ motus accipit̃ dupl'r. vno° ꝓprie pro
mutatõe successiua. ⁊ sic maior est vera. q₂ in illa subiectuꝫ
motus denoĩat̃ a motu. sicut aq̃ calefacta denoĩat̃ calefie
ri. Alio° accipit̃ mot⁹ generalit̃ ꝓut etiã se extẽdit ad mu
tatõem instãtaneã. cuius subiectũ est materia p̃ma. et sic
ꝓpõ est falsa. q₂ subiectũ talis motus vel mutatõis nõ p̃t
denoĩari a motu. Et rõ diuersitatis est. q̃a motus ꝓprie
dictus est accñs. sicut motus alteratiõis est q̃litas. mot⁹
augmẽtationis est q̃titas. sed accñs ex sua natura h₃ de-
noĩare subiectũ. g̊ talis motus denoĩat ip̃m mobile. q̃d ẽ
subiectũ. sed in instãtanea mutatõe subiectũ nõ est deno-
minabile ꝓprie a motu. q̃a est ens in pura potẽtia q̃d non
suscipit denoĩatõem alicuius forme sicut alia subiecta nisi
ꝭm q̃d. sicut dc̃m est ꝙ materia generetur subiectiue

Ar. Omnis motus recipit suã denoĩationẽ a termi
ne ad quẽ. sed forma est terminus ad quẽ in ge
neratõe. g̊ forma generat̃ ¶ Dõm ꝙ ista ꝓpõ. motus re-
cipit denoĩationẽ a termĩo ad quẽ p̃t dupl'r intelligi. vno°
sic ꝙ motus denoĩat terminũ. ⁊ sic est falsa. q₂ ista est falsa
albedo dealbat̃. calor calefit. ⁊ iõ nõ p̃t dici forma genera
ri. sicut pretendebat argumentũ. Alio mõ p̃t intelligi ꝙ
motus denominat̃ gratia termini. q₂ scꝫ denominat̃ sub-
iectum a termino. ⁊ hoc est verũ in mutationib₉ acciden
talib₉ in q̃bus subiectũ denoĩatur a termino ad quẽ. sicut
aqua d̃₂ calefieri gr̃a caloris qui est terminus ad quem.
Vel dõm ꝙ motus recipit denoĩatõem specificã a termi
no ad quẽ. q₂ a tali termino specificat̃ q̃ magis ꝓprie dicit̃
nominatio q̃₃ denominatio. q₂ noĩatio d̃t essentialẽ predi
cationẽ. sicut denominatio accidentalem

Ar. Hoc generat̃ q̃d ꝑ generatõem acq̃ritur. s₃ for
ma ꝑ generationẽ acq̃rit̃. g̊ forma generat̃. Di-
cendũ ꝙ dupl'r aliq̃d ꝑ generationẽ acq̃rit̃. vno° sicut ter
minus ꝑ quẽ deuenit̃ ad vltimũ terminũ generatiõis. et
sic forma ꝑtis acq̃rit̃ ꝑ generatõem. Alio mõ aliq̃d acq̃ri-
tur ꝑ generatõem sicut terminus q̊ et vltimatus. ⁊ sic to
tum cõpositũ acq̃ritur ꝑ generatõem. In signũ cui⁹ ali-
quid generat̃ vbi nec forma nec materia acq̃runtur ꝑ ge
neratõem. sicut in generatõe hoĩs. oꝑtet g̊ dicere ꝙ totũ
cõpositũ generet̃. al's nõ esset veꝝ dicere ꝙ hõ generetur
Per hoc g̊ d̃₂ ad argumentũ ꝙ hoc generat̃ q̃ð acq̃ritur
ꝑ generatõem. sicut termin⁹ q̊ ⁊ vltimatus. sed hoc ẽ to
tum cõpositũ. ergo totũ cõpositũ d̃₂ vere generari.

Ar. Illud generat̃ in quo est silr̃tudo generãtis ad
genitũ. sed ꝑ formã genitum fit sil'e generãti. g̊
forma generat̃ ¶ Dõm ꝙ forma accipit̃ dupl'r. vno° pro
forma ꝑtis. ⁊ sic nõ est ꝓprie silr̃tudo generãtis ad genitũ
ꝑ formã. q₂ talis forma nõ est vltimat⁹ terminus genera
tionis. Alia est forma toti⁹ q̃ includit tã materiã q̃₃ for
mã ꝑtis. ⁊ ꝑ illã illud q̃ð generat̃ est sil'e generanti. Et ex
isto p̃t sumi q̃d significet generatio. generatio em̃ p̃t tri-
plicit̃ capi. vno modo actiue. et sic ꝭcat actum generãtis
alio mõ passiue. ⁊ sic ꝭcat passionẽ geniti. tercio accipitur
neutraliter ꝓ mutatõe. ⁊ tunc generatio ꝭcat totũ ꝯposi-
tũ ꝭm ꝙ exit de potẽtia ad actũ. Veꝝ est tñ ꝙ aliq̃ dicũt
generatõem captã ꝓ mutatiõe esse formã ꝑtis. q₂ forma
ꝑtis est terminus mutatõis. sed hoc improprie d̃₂. q₂ q̃₃-
uis forma ꝑtis sit terminus q̊ ipius generationis. nõ est
tñ terminus q̊ generat̃ siue terminus vltimatus a quo ꝓ-
prie debet fieri denominatio ipsius mutationis

Ar. Omnis terminus motus d̃₂ acq̃ri ꝑ motuꝫ. sed
forma est terminus generatõis. g̊ debet acqui
ri ꝑ generatõnem. Tunc vltra hoc generat̃ q̃ð est termi-
nus generationis. sed forma est terminus generatõis. g̊
forma acq̃ritur ꝑ generatõem. ¶ Dõm ꝙ forma ꝑtis ac
cipit̃ dupl'r. vno mõ ꝭm se ⁊ absolute. ⁊ sic nõ acq̃rit̃ ꝑ ge-
nerationẽ. Alio mõ accipit̃ ꝭm ꝙ est in materia. ⁊ sic acq̃ri
tur ꝑ generationem. Sed ex hoc ꝙ forma est in materia
fit totũ cõpositũ. ergo totuꝫ compositũ est illud q̃ð proꝑe
generat̃ Et si dicat̃. forma subalis est id quo distingui
tur generatio ab alijs motibus. ergo videtur ꝙ sit termi
nus eius ¶ Dicendũ ꝙ duplex est principiũ distinguens
ex parte forme. vnũ quo fit distinctio. ⁊ sic ꝑ formã partis
est distinctio generatõis ab alijs motib₉. Aliud est distin
guens quod ⁊ perfectum. ⁊ hoc est totum compositum
cui proprie conuenit generatio

Ar. Videt̃ ꝙ totum ꝯpositũ nõ generet̃. Probat̃.
quia hoc totũ nõ generat̃ cuius nulla ꝑs gene
ratur. sed q̃nq₃ nulla ꝑs totius generat̃. sicut patet in ge
neratione hominis. g̊ ⁊c̃. ¶ Dõm ꝙ totũ accipit̃ duplici
ter. vno mõ syncathegreumatice ꝓut tantũ valet sicut q̃
libet pars. ⁊ sic bene seq̃tur. partes non generantur. ergo
totum non generatur. Alio mõ accipit̃ totuꝫ cathegreu-
matice ꝓut valet tantũ sicut integrum ⁊ perfectum. ⁊ sic
non valet argumentuꝫ. quia tunc non arguit̃ ab eodem
ad idem. sed a disparatis. Potest em̃ aliquod totum ge-
nerari. cuius tamen nulla pars generatur. sicut patet de
homine q̃₃uis em̃ non generetur corpus humanum nec
anima rõnalis. tamen vnitum esse corporis ⁊ anime gene
ratur. quia hoc acquiritur per generationem

Manifestum igitur ꝙ siquidem sunt cause
et principia eorũ que natura sunt ex quibus pri

mis sunt ⁊ fiunt non ꝑm accñs. sed vnūquodq; quod dicit̃ ꝑm substantiā. quod fiat ex subiecto et forma Componit̃ em̄ musicus homo ex homine ⁊ musico quodā modo. Resoluens em̄ rationes in rationes eorum Manifestū est igitur ꝙ fiant que fiunt ex his. Est autez subiectum numero quidē vnū. specie vero duo. Homo quidem em̄ ⁊ aurū ⁊ omnis materia numeralis est hoc em̄ aliquid magis ⁊ non ꝑm accidēs ex ipo fit quod fit. Priuatio autē ⁊ cōtrarietas accñs vnū autē est spēs vt ordinatio. aut musica aut aliorum aliquid sic predicantium

¶ Postq̄ Aresto. ostendit ꝙ in q̇libet fieri naturali tria inueniunt̃. hic vlterius ostendit ꝙ illa tria sint pr̄icipia naturalia ⁊ rerū naturaliū. Et primo ostendit ꝙ duo sūt ꝓncipia nature ꝑ se. deinde addit terciuz per accñs. Et stat ratio in hoc. illa sunt ꝓncipia nature ꝑ se ex q̇bus res naturales sunt ⁊ fiunt ꝑ se. ⁊ nō ꝑm accñs. sed ex materia et forma res naturales fiunt. ⁊ sunt ꝑ se ⁊ non ꝑm accñs. ergo materia ⁊ forma sunt ꝓncipia rerū naturaliū. Maior ptz. q2 de rōne ꝓncipij est ꝙ ex ipo constituat̃ ꝓncipiatuz Minorē ꝓbat phūs exēplo ⁊ rōne Exēplo. q2 musicus hō cōponit̃ ex homīe ⁊ musico. sicut ex materia ⁊ forma. Rōne sic. ex illis res componit̃ ꝑ que definit̃. sed res naturales definiunt̃ ꝑ materiā ⁊ formā. ergo fiunt ⁊ cōponunt̃ ex materia ⁊ forma. Maior patet. q2 definitio debet dicere totā essentiā definiti ꝑm oīes ꝑtes. Et dicebat̃ notāter in maiore ꝓncipalis rōnis sunt ⁊ fiunt ad denotandū ꝙ ista sunt ꝓncipia transmutationis ⁊ cōstitutionis sil'. et ideo dr̄ fiunt quantū ad trāsmutatōnem. ⁊ dr̄ sunt quantum ad constitutōem. Tunc ibi. Est aūt subiectū Addit terciū principiū scz priuatōem. que est principiū ꝑ accidens. Et potest sic sumi ratio. ꝓuatio est principiū constitutionis ꝑm quod additur materie. sed materie additur ꝓuatio ꝑm accidens. g̊ ꝓuatio est principiū scz cōstitutionis ꝑm accñs. Et si dicat̃. g̊ erunt tm̄ duo principia. q2 ꝑ accñs est relinquendū ab arte. Dicendū est ꝙ Aresto. expresse loq̇tur hic de principijs cōstitutionis. q2 dr̄ ꝙ ex priuatione fit aliquid ꝑm accidens. ⁊ sic sunt tm̄ duo ꝓncipia. sed loquendo de principijs transmutationis tūc sūt tria etiam per se. Si ergo accipiantur materia ⁊ priuatio ex parte subiecti. ⁊ sic sunt vnū. si aūt ꝑm speciem sic sunt duo. ⁊ hoc est quod dicitur in textu. ꝙ materia est numerabilis. id est includit in se numerum siue pluralitatē ꝑm ꝙ ei priuatio est annexa

Unde est ꝙ sicut duo dicenda sunt esse principia. est autē sicut tria. Et est quidem sicut cōtraria. vt si aliquis dicat musicū ⁊ inmusicū aut calidū ⁊ frigidū. aut cōsonans et inconsonans. est aūt sicut non. Ab alterutris em̄ pati contraria impossibile est. Soluit̃ autez propterea ꝙ aliquid est subiectū. hoc em̄ non est cōtrarium. Quare neq; plura contrariorū sunt principia q̄dam modo. sed duo vt est dicere numero. Neq; iterū penitus duo propter id quod alterum est esse ipsi9 sed tria. Alterū em̄ est esse homini et non musico esse. ⁊ in figurato et eri. Quot quidē igitur principia circa generationē phisicoꝝ. ⁊ q̄uo tot sint dictū est et ostensum est. quoniā aūt opꝫtet subijci aliq̇d cōtrarijs. et cōtraria duo esse. Sed quodā mō alio non ē necessariuz Sufficiens em̄ erit alterū cōtrarioꝝ facere absentia et presentia mutationem

¶ Hic soluit dubitatōem ex veritate ꝓus determinata. q2 dubiū fuit apud antiquos. vtrum essent duo principia vel tria. Dicebāt em̄ aliq̇ antiq̇ ꝙ eēnt tm̄ duo. alij ꝙ eēnt plura. Soluit ergo. q2 loquēdo de ꝓncipijs cōstitutōnis ꝑ se sunt tm̄ duo. ⁊ loquēdo de ꝓncipijs trāsmutationis sunt tria. Iterū aliter duo sūt ꝓncipia distinguendo ꝓncipia ꝑm numerū siue ꝑm subiectū. q2 ꝓuatio ⁊ materia nō distinguunt̃ subiecto. sunt tñ tria distinguendo principia ꝑm rōem ⁊ spēm. q2 priuatio ⁊ materia differūt rōne Tunc ibi. Quot q̇dem igit̃. Soluit aliud dubiū. vtrū scz necesse sit in om̄i mutatione esse duo cōtraria. dicēs ꝙ est q̄nq; necesse in mutatione esse duo cōtraria. ⁊ q̄nq; nō q2 q̄nq; sufficiens est alterū ꝯtrarioꝝ sua p̄sentia ⁊ sua absentia facere mutatōem. Circa quod est sciendū ꝙ contrarietas accipit̃ duplr̄. vno mō ꝓut se extendit ad ꝓuatiuā oppositionē. ⁊ sic in om̄i mutatione necesse est sꝑ esse duo cōtraria. ⁊ ideo in om̄i mutatione saluant̃ tria principia rerū naturaliū. vt supra dictū est. Alio mō accipitur cōtrarietas ꝓut est repugnātia duaꝝ formaꝝ positiuaꝝ et sic dr̄ hic Aresto. ꝙ nō est necesse in om̄i mutatiōe duo esse ꝯtraria. id est duos terminos positiuos. q2 in mutatione substātiali sufficit vnus terminus positiuus. scz forma que sua absentia ⁊ p̄ntia facit mutatōem. q2 ex p̄ntia forme fit generatio. ⁊ ex absentia forme fit corruptio. Sz in motib9 accidentalibus necesse est esse duo cōtraria. capiendo contrarietatē ꝓprie

Dr. Utrū ꝓuatio suꝑaddat aliq̇d materie ¶ Dicendū ꝙ duplr̄ aliq̇d suꝑaddit alteri. vno° ꝑm rē. sicut albū suꝑaddit hōi. ⁊ sic ꝓuatio non suꝑaddit aliq̇d materie. q2 si sic ꝓuatio ꝑcaret formā positiuā qd̄ ē falsum. q2 ꝑcat negatōem cū aptitudine. Alio mō ꝑm rōem et talis additio fit ꝑ ꝓuationē. q2 ꝓuatio suꝑaddit materie negatōem cū relatōe rōnis ad formā. ⁊ iō nō est ꝯpositio ꝓprie realis inter materiā ⁊ ꝓuationē. sed rōnis tm̄.

Ar. Cōpō rōis est logica. si g̊ ꝓuatio ꝯponeret̃ cū materia solū ꝑm rōem seq̇ret̃ ꝙ ꝓuatio nō esset ꝓncipiū rei naturalis ¶ Dōm ꝙ duplex est ꝯpō rōnis. q̄dam est q̄ se tenet ex ꝑte rōnis rōcināntis tm̄. ⁊ illa est solū logica. Alia est ꝯpositio q̄ tenet se etiā ex ꝑte rei rōcinabilis. ⁊ talis cōpositio p̄t etiā dici phisica ⁊ realis. nō ꝙ ꝯponant̃ res reales ad inuicē. sicut ista est realis. homo alb9. sed q2 fundata ē in natura rei. Et silr̄ ē de cecitate in oculo. q2 cecitas in oculo nō addit suꝑ oculū realē formā. suꝑ

addit tñ relatõem ẜm dici ad visum. Sic etiã dõm est de materia ⁊ ꝑuatõe in materia. q꞉ materia ẜcat nudũ subiectũ. sed ꝑuatio addit ordinẽ ad formã quã nõ hꝫ. ⁊ illã relatõem nõ importat materia ex sua significatione

Ar. Ordo ad formaꝫ est de ipa suba materie. ergo nõ aduenit materie ꝑ ꝑuationẽ ¶ Dõm ꝙ duplex ẽ habitudo materie ad formã. vna est ad formã quã hꝫ. ⁊ ordo ad talẽ formã est de suba materie. in signũ cuius in materia (que nõ hꝫ ꝑuationẽ) est etiã aptitudo ad formã quã hꝫ. sicut pꝫ de materia celi. Alia est habitudo materie ad formã quã nõ hꝫ. ⁊ illa aduenit materie ꝑ priuatiõem. Quia tñ ꝑuatio nihil realiter addit sup̃ materiã. sic p̃t dici ꝙ ille ordo sit ex ipa natura materie. quod ẽ verũ ẜm rem. q꞉ priuatio est eadẽ realiter cũ materia nullam rem nouam supaddens. vt dictum est.

Subiecta aũt natura scibilis est ẜm analogiã. Sicut em̃ ad statuã es. aut ad lectulũ lignũ. aut ad alioꝝ aliq̃d habentiũ formã sic in materia et informe se hꝫ priusq̃ȝ accipiat formã. sic ipsa se habet ad substantiã. ⁊ hoc aliquid qđ est Unũ q̇dem igit̃ principiũ est nõ sicut vnum existẽs. neq̃ȝ sic vnũ sicut hoc aliq̃d. vnũ autem ẜm ꝙ rõ. Amplius aũt huic ꝯtrariũ ꝑuatio est Hec aũt q̃uo duo ⁊ q̃uo plura dictũ est Primũ q̇dem dictũ est ꝙ ꝑncipia ꝯtraria sunt Posterius aũt qđ necesse est. ⁊ aliud quoddã subijci. ⁊ esse tria. Ex his aũt nũc manifestuꝫ est que differẽtia cõtrarioꝝ. ⁊ q̃uo se habẽt ad inuicem pricipia. ⁊ quid sit subiectũ. an autem substãtia spẽs aut subiectũ. nondũ manifestum est. Sed ꝙ principia tria. ⁊ quomõ ⁊ quis modus eoruꝫ dictum est. Quot quidem igitur et que sunt ꝑncipia ex his consideretur

¶ Postq̃ȝ phus dixit q̃ ⁊ quot sunt ꝑncipia. hic ꝯñr manifestat ea ⁊ p̃cipue materiã. dicens ꝙ materia est cognoscibilis ẜm analogiã. Qđ sic ꝓbat Aresto. q꞉ sicut materia in artificialibꝫ cognoscit̃ aliq̃d distinctum a formis. eo ꝙ nũc substat vni forme, postea alteri. sic etiã materia naturalis cognoscit̃ eẽ distincta a formis. q꞉ qñq̃ȝ substat vni forme ⁊ qñq̃ȝ alteri. Unde pꝫ ꝙ Aresto. intendit in textu ꝙ materia naturalis cognoscibilis sit ẜm analogiã ad materiã rei artificialis. q̃uis etiam dici posset ꝙ materia sit cognoscibilis ẜm analogiã ad formã rei naturalis

Tunc ibi Unũ q̇deꝫ igit̃. Aresto. cõcludit ꝙ tria sint principia reꝝ naturaliũ. quoꝝ vnuꝫ est ens in potẽtia. qđ nõ est hoc aliq̃d. i. suba cõpleta. Aliud est qđ est rõ. id est forma. Terciũ est qđ est ꝯtrariũ huic forme. scilꝫ priuatio et q̃uo sunt idem ꝑuatio ⁊ materia. ⁊ q̃uo non dictum est

Deinde ibi Primũ q̇dem dictũ est. Recapitulat aliq̃ prius dicta. ⁊ dr̃ ꝙ ꝑus dictũ est. ꝙ ꝑncipia reꝝ sunt contraria. Deinde dictũ est ꝙ necesse est aliq̃d subijci duobꝫ cõtrarijs. ⁊ ex hoc manifesta est dr̃ña cõtrarioꝝ. cũ qñq̃ȝ subiectũ subijciat̃ vni cõtrarioꝝ. ⁊ qñq̃ȝ alteri. Adhuc tñ nõ manifestũ est vtrũ forma sit magis spẽs vel subiectuꝫ id est materia. sed hoc infra dicet̃ in scđo huius. vbi ꝓbabitur ꝙ forma est magis natura q̃ȝ materia. Sed dictũ est ꝙ principia sunt tria ⁊ q̃uo ⁊ quis sit modus ipsorum. Et vltimo cõcludit principale intentũ. scꝫ ꝙ manifestum sit q̊t sint principia ⁊ que sunt.

Queritur. Utrum natura que ꝑmo subijcit̃ mutationi. id est materia prima possit sciri ꝑ seipam. aut sit solũ cognoscibilis ẜm analogiã. ¶ Dicendũ ꝙ solũ cognoscit̃ ẜm analogiã. quod potest dupl'r intelligi. vno modo sic. materia est cognoscibilis per analogiam. id est per ꝓportionẽ materie naturalis ad materiaꝫ artificialẽ. et ista est intentio textus. quia artificialia sunt nobis notiora naturalibus. ideo multũ cõuenienter cognoscitur materia naturalis per analogiã. id est ordinem ad materiã artificialem. Secũdo potest sic intelligi. materia cognoscitur per analogiã. id est ordinem siue habitudinem ad formã rei naturalis. ⁊ hoc ideo est. q꞉ vnũquodq̃ȝ cognoscit̃ ẜm ꝙ est in actu. sed materia est in actu per formaꝫ. ergo etiam debet cognosci ẜm analogiam ad formã. Ex quo patet ꝙ materia rei naturalis cognoscit̃ per formã. ⁊ iterũ forma per materiã sibi proportionataꝫ quia anima cognoscitur per corpus organicuꝫ. vt dr̃ secũdo de aĩa. sed hoc fit diuersimode.

Ar. Unũquodq̃ȝ cognoscitur ẜm ꝙ est in actu. sed materia nõ est in actu. ergo nullo mõ erit cognoscibilis. ¶ Dicendũ ꝙ hoc argumentũ bene probat ꝙ materia ẜm se accepta non sit cognoscibilis. sed ꝙ cognoscitur per formã. Nõ sic intelligendo quasi cognoscatur per speciẽ intelligibilem forme. sed cognoscit̃ per speciem intelligibilẽ totius compositi per quaꝫ cognoscitur formã inesse materie. ⁊ sic etiam materia cognoscitur Et si dicatur vnum relatiuorum cognoscitur per reliquũ. sed forma ⁊ materia habẽt se relatiue. vt patet in secũdo huius. igit̃. Dicendũ ꝙ in relatiuis realibus in quibus additur realis forma de predicamento relatiõis. verum est ꝙ vnum cognoscitur per alterũ. sed materia non dicitur relatiue ad formã ẜm realem relationẽ. sed solum per relationem ẜm dici

Notandũ Qꝫ triplex est via deueniẽdi in cognitionem materie. Prima ẽ via resolutionis ⁊ metaphisicalis. Alia transmutationis et phisicalis. Tercia est predicationis ⁊ logicalis Scđm primã viam sic proceditur. quia accipiendo vnam substãtiam compositam ex materia et forma. vtputa homineꝫ possumus ab illo homine per intellectum resoluere ⁊ deponere omnia accidentia. et tunc in intellectu remanebit compositum ex materia et forma. si tunc intelligatur ab illo homine forma separari a materia. tunc quod remanet est materia prima. et manifestum est ꝙ illa materia sit aliquid. quia in homine est corpus humanũ. Alio modo potest materia cognosci ẜm viam transmutationis. videmus enim ꝙ vna res transmutatur in aliam. ⁊ cognoscimus ꝙ res in quã fit transmutatio augetur per hoc ꝙ alterũ transmutatur in ipsaꝫ. sed ista transmutatio nõ potest esse ꝑ nihil. g̃ erit ꝑ aliquid ⁊ nõ ꝑ accñtia. nec per

formā ſubalē.q2 illa nō manet.g̊ ꝑ materiā. Hoc g̊ qđ manet in trāſmutatōe ſub vtroq3 termino ē materia prima. Tercia eſt via p̄dicatōis.eo ꝙ eſt vltimū in p̄dicādo et ſic qđ de nullo alio p̄dicat̃ h̄ eſt materia. g̊ materia p̄t cognoſci ꝑ viā p̄dicatōis. Et rō iſtiꝰ ē.q2 modi p̄dicādi et ſubijciēdi fūdant̃ in modis eēndi.ſ3 materia ē vltimū in eēndo.g̊ etiā erit vltimū ī p̄dicādo. Sortes eñ q̄uis ſit īdiuiduū.adhuc tñ p̄t p̄dicari de ſua materia q̄ ei in p̄dicatōe ſubijcit̃.dicendo hoc materiatū eſt ſortes.

Q̃. Utrū oīm corporaliū ⁊ incorporaliū.⁊ omniū corꝑaliū inter ſe ſit vna materia ſpē. Dōm ꝙ circa hoc q̄ſitū ſunt due falſe opiniones. p̄ma eſt Auicebrontis.q̄ dicebat in oīb3 creaturis eſſe materiā ⁊ illā eſſe vnā. Qđ ꝓbat duab3 rōnib3. p̄ma eſt. vbicūq3 repiūtur ꝓprietates materie ibi repit̃ materia. q2 ꝓprietas non ſeꝑat̃ a ſubiecto.ſ3 in omib3 creaturis repiunt̃ ꝓprietates materie.q̄ ſt̃ ſubijci ⁊ ſubſtare.g̊ etiā in oīb3 creatis inuenit̃ materia Scđo arguebat. Auicebron ſic. q̄cunq3 ꝯueniūt ad inuicē ⁊ dr̄n̄t ab inuicē illa ꝯueniūt in materia ⁊ dr̄n̄t in forma.ſed ſube ſeꝑate ꝯueniūt cū iſtis inferiorib3 ⁊ dr̄n̄t ab eis.g̊ hn̄t materiā in q̄ ꝯueniūt ⁊ formā in q̄ dr̄n̄t Sed iſta poſitio eſt īpoſſibilis ꝓpter duo. p̄mo q2 ponit materiā in ſubſtātijs ſeꝑatis. ſcđo q2 ponit vnā materiā eſſe in oīb3. Primū ſic p3.q2 opꝫ ſubam ſeparatā eē imaterialē ſimpl'r.cuiꝰ rō eſt. q2 oꝑatio alicuiꝰ rei nō p̄t excedere modū ſube rei.cū effectꝰ nō ſit dignior cā ſua.ſ3 oꝑatio ſube ſeparate ē imaterialis. qđ p3 ex obiecto eiꝰ qđ eſt īmateriale.cū directe intelligant ſe ⁊ alias ſubas ſeparatas.g̊ opꝫ etiā ſubam ſeꝑatā eē īmaterialē Nec ſufficit dicere ꝙ in ſubſtātijs ſeꝑat̃ ſit materia ſpūalis ⁊ nō corꝑalis.q2 ipedimētū cognitōis nō eſt ex corporeita e.cū forma ſeu forma corꝑeitatis ſit forma de ſe cognoſcibilis. Sed īpedimentū cognitōis eſt ex ipa materialitate. Vñ ſequit̃ ꝙ ponendo quācūq3 materiā in ſubſtātijs ſeꝑatis nō eſſent tales forme ꝑ ſe intelligibiles qđ eſt falſum. Scđo iſta poſitio eſt īpoſſibilis. q2 ponit vnā materiā.⁊ h̄ ſic p3.q2 nō p̄t eſſe vna materia ſaltē nūero q̄ habeat in ſe formā ſpūalē ⁊ corporalē.q2 tūc eadē res numero eſſet ſimul ſpūalis ⁊ corꝑalis.cū res habeat numerū ⁊ indiuiduatōem ex materia. Oportꝫ g̊ dicere ꝙ talis materia eſſet alia numero in ſpūalib3 ⁊ corꝑalib3.ſed diuiſio nūeralis fit ex q̄titate.g̊ in materia ſpūaliū eſſet q̄titas.ſed q̄titas non eſt ſine corpore. g̊ illa materia ſpūalis eſſet corꝑea qđ implicat ꝯtradictōem.q2 etiā tales ſube eſſent corpora. ⁊ ſic ſimul eſſent corporee ⁊ incorporee.

Per h̄ g̊ rn̄det̃ ad argumēta.⁊ p̄mo ad p̄mū. ꝙ iſte proprietates ſubijci ⁊ ſubſtare nō ſunt ꝓprietates materie.ſ3 potentie ſiue illiꝰ qđ eſt in potētia Inueniūtur eñ tales ꝓprietates manifeſte in re īmateriali.ſc3 in aīa rōnali. quia aīa rōnalis ſubijcit̃ ſuis potētijs habitib3 ⁊ virtutib3.cū g̊ in omi ſuba creata ſit aliq̄ potentia.cū nō ſit purꝰ actꝰ p̄ter deū glorioſum.ideo nccē eſt dicere ꝙ ſubijci ⁊ ſubſtare inueniātur in oīb3 creaturis etiā abſq3 materia. ſubſtātia eñ ſeparata ſubſtat ſpēb3 intelligibilib3 intellectui et volūtati q̄ ſt̃ in ipa ſicut accn̄tia.⁊ ideo q̄uis dicātur ſimplices ſube.q2 nō eſt in ipis ꝯpoſitio ex materia ⁊ forma.nō tñ ſimpl'r ſimplices.q2 in ipis eſt ꝯpoſitio ſubiecti et accn̄tis. Ad ſcđm argumētū dōm ꝙ nō opꝫ oēm conuenientiā aliquoꝝ fieri in materia.q2 etiā p̄nt ꝯuenire in forma. ¶ Et ſi dicat̃.ꝯueniētia eſſentialis aliquoꝝ eſt in genere.ſed genꝰ ſumit̃ a materia.g̊ oīs ꝯueniētia erit a materia. Dōm ꝙ genus ſumi a materia p̄t dupl'r intelligi. vnoᵒ ꝙ ſit ſenſus ꝙ genꝰ realiter ſumat̃ a materia illiꝰ de q̄ dr̄ genꝰ.⁊ tūc eſt falſa.q2 tūc nō inueniret̃ genꝰ in ſubſtātijs ſeꝑatis in q̄b3 nō eſt materia. Alioᵒ p̄t intelligi ꝙ genꝰ ſumit̃ a materia.i.ab aliq̄ hn̄te ꝯditiōem materie. et ſic eſt vera.q2 ſemꝑ ſumit̃ genꝰ ab aliq̄ ꝯfuſo ⁊ indeterminato.ſed ꝯfuſū ⁊ indeterminatū hn̄t modū materie

¶ Scđa opinio falſa q̄ incidit circa ſcđam ꝑtē q̄ſiti ē iſta. ꝙ omniū corꝑaliū tā ſuꝑioꝝ q̄3 inferioꝝ ſit vna materia Et iſta opinio h3 ortū ex antiq̄s ph̄is ponentib3 celū eſſe igneū.⁊ iō dicūt ꝙ materia eiꝰ ſit eadē cū matia ignis Sꝫ iſtā opinionē reprobat ph̄s p̄ᵒ celi.ſic.ſ.ꝙ oꝫ ponere vnā q̄ntā eētiā diſtinctā ab elemētis. Pōt etiā iſta opinio reꝓbari ex trib3 rōnib3.p̄ma eſt.matia ē ens in potētia ꝑ nī eiꝰ naturā.ſ3 potētia diſtinguit̃ ꝑ actꝰ.vt p3 ſcđo de aīa. Tūc ſic arguit̃.vbicūq3 ſt̃ alij actꝰ ꝑ ſe.i.ad q̄s ſꝑ ordināntur potētie ibi ſt̃ alie potētie.ſ3 materia iſtoꝝ īferioꝝ h3 aliū actū ꝑ ſe q̄3 materia celi.q2 materia iſtoꝝ inferioꝝ h3 ꝓ ſuo actu formā generabilē ⁊ corruptibilē. materia aūt celi formā ingenerabilē ⁊ incorruptibilē.g̊ nccē eſt dicere ꝙ ſit alia materia iſtoꝝ inferioꝝ ⁊ ſuꝑioꝝ. ſecꝰ aūt eſt de materia īferioꝝ q̄ h3 diuerſas ſpecificas formas ꝑ accn̄s ad q̄s determinat̃ ex diſpōne agentis. Nec valet ſi dicat̃ ꝙ materia iſtoꝝ inferioꝝ habeat ordinē ad oēm actū ſed ꝙ īpediat̃ ꝑ agētia extrinſeca.q2 ſi h̄ eſſ3 verū ſeq̄ret̃ ꝙ appetitui materie fieret violētia ab agente. Itē ſecūdo appetitꝰ natural' nūq3 ē fruſtra.q2 ē opꝰ dei. ſi g̊ natural'r materia inferioꝝ haberet ordinē ad formā ſuꝑioꝝ. g̊ etiā q̄n q3 materia inferioꝝ reciꝑet formā ſuꝑioꝝ ⁊ ecōtra.qđ eſt impoſſibile.q2 tūc celū eſſ3 corruptibile. Scđa rō. matia eſt ſubiectū trāſmutatōis.tūc arguit̃ ſic. oē ſubiectū trāſmutatōis ē natural'r trāſmutabile ad oīa illa ad q̄ ſubiectū eſt in potētia.ſi g̊ ſit eadē materia ſuꝑioꝝ ⁊ inferiorū. g̊ materia inferioꝝ trāſmutabilis erit ad formā ſuꝑiorū ⁊ ecōtra.⁊ ſic ſuꝑiora erūt corruptibilia.q2 poſſet amittere formā quā hn̄t.⁊ h̄ ꝯceſſit plato.q2 dixit celū naturaliter eē corruptibile.ponēs iſtā autoritatē in Thimeo loquēs ad corꝑa celeſtia in forma dei. O dij deoꝝ q̄ꝝ opifex ego ſum natura vr̄a diſſolubiles eſtis.mea aūt volūtate facti indiſſolubiles. Aliq̄ tñ ad iſtā rōnem ſic reſpondent. ꝙ q̄uis celū habeat eādē materiā cū iſtis īferiorib3 nō tñ ē trāſmutabile ad formas iſtoꝝ inferioꝝ.q2 forma corꝑis celeſtis ſatiat totū appetitū materie ꝓpter forme ꝑfectōem.⁊ replet totā potētiā materie.ſic ſc3 ꝙ nō manet ordo vlterior illiꝰ materie ad aliā formā.ſed forma iſtorū inferioꝝ nō replet totā potētiam materie.⁊ ideo materia adhuc p̄t caꝑe nouā formā. Sed iſta ſol'o nō valet ꝓpter tria. p̄mo q2 qđ eſt de natura alicuiꝰ nō p̄t ab eo ſeparari.ſi g̊ materia ſit natural'r trāſmutabilis .g̊ nō p̄t ꝑ aduentū cuiuſcūq3 forme impediri talis trāſmutabilitas Scđo q2 forma ꝑfecta nō tollit ordinē materie ad īꝑfectā.al's eñ hō eſſ3 incorruptibilis.q2 h3 ꝑfectiſſimā formā.⁊ ideo nō p̄t dici ꝙ celū ſit īcorruptibile. q2 h3 ꝑfectā formā. Tercio q2 q̄uis celū ꝓpter ꝑfectōnem ſue forme nō poſſet trāſmutari ad formas iſtoꝝ inferioꝝ.tñ materia iſtoꝝ inferioꝝ deberet trāſmutari ad formā ſuꝑioꝝ.q2 nō p̄t dici ꝙ iſte inferiores forme ſint ita ꝑfecte ſicut forme ſuꝑiores. Tercia rō p̄t ſic formari.potētie paſſiue diſtinguūtur ꝑ ꝯꝑatōem ad agēs qđ ducit talē potentiā. ad actū.ſ3 aliud ē agēs qđ materiā iſtoꝝ inferioꝝ ducit ad actū.⁊ materiā celi.g̊ erit alia materia. Maior p3.q2 oꝫ actiua paſſiuis ꝓportionari. Minor ꝓbatur.q2 materia in iſtis inferioribus ducit̃ ad actum ꝑ potentiam na

turalē.sed materia in supiorib⁹ ducit̄ ad actū ꝑ potentiā infinitā. q̄ est potentia dei creatiua. Nec pt dici ꝙ materia supiorꝫ ducat̄ ad actū ꝑ potentiā naturalē. qꝛ celū est pncipiū oīs actōis naturalis. si ergo celū duceret̄ ad actum ꝑ potentiā naturalē. g̊ pduceret seipm. qd est impossibile Istis ergo opinionib⁹ reprobatis dōm est. ꝙ solū materia istorꝫ inferiorꝫ scꝫ q̄ttuor elementorꝫ ꝛ mixtorū est vna. qꝛ in substantijs incorꝑalib⁹ nulla est materia. sed materia istorꝫ inferiorꝫ ꝛ corporū celestium ab inuicem distinguūtur ad modū distinctōnis specifice. Non em̄ pnt ꝓprie specifice distingui. qꝛ spēs sumit̄ a forma. sed materia ſm se accepta nullā habet formā. Et nō solū est h' verum de materia secūdo pma sicut alij dicūt. i. de materia accepta cū dispōnib⁹ accñtalib⁹. q̄ ꝓpter accñtia adiuncta distinguit̄. sed etiā est verū de materia primo pma. qꝛ materia absqꝫ oīn dispōne accepta est alterius nature in inferiorib⁹ ꝛ superiorib⁹ Nec valet qd alij dicūt ꝙ materia accipiat̄ duplr. vno mō ſm potentiā subiectiuā. ꝛ sic oꝫ esse vnā in inferiorib⁹ ꝛ superiorib⁹. Alio mō ſm potētiā formalē formabilē. ꝛ sic est alia. Et hoc ꝓpter tria. primo qꝛ talis potētia formalis formabilis nō est in materia. sicut infra patebit. Secūdo. ꝛ si posset talis potētia poni ſm aliquos in materia inferiorꝫ. nō tñ pt in materia superiorꝫ poni. Tercio. qꝛ nūc ꝓbatū est ꝑ istas rōes. ꝙ potētia subiectiua est alia in istis inferiorib⁹ ꝛ supiorib⁹

Ar. In celo nō ē materia. g̊ in celo nō erit materia ab istis inferiorib⁹ distincta. Añs ꝓbat̄. qꝛ mouens ꝛ motū debēt ꝓportionari. sꝫ in mouente celū nō est aliq̄ materia. g̊ nec in mobili qd est celū. Dōm ꝙ duplex est ꝓportio. quedā est ꝓportio in esse nature. sic ꝙ ad inuicē ꝓportionata hñt identitatē nature. ꝛ talis ꝓportio nō est inter mouēs ꝛ motū vel mobile. qꝛ nō oꝑtꝫ ꝙ mouens sit eiusdē nature cum mobili. Alia est ꝓportio in esse mobilitatis ꝛ consistit in hoc ꝙ mouēs excedat mobile in virtute. ꝛ sic est verū ꝙ oꝑtꝫ mouēs ꝛ mobile ꝓportōnari Et talis est ꝓportio inter aīam nobilem ꝛ ipm celū. quia aīa nobilis suo intellectu practico mouet corpus celeste. et excedit oēm materiā corporalē in virtute. qꝛ materia corꝑalis obedit substātijs spūalib⁹ ad nutū siue ad volūtatē. sicut em̄ sube sepate excedūt corꝑa in nobilitate nature. ita excedūt etiā quo ad operatōnem. ꝛ ideo possunt quācūqꝫ materiā corporalē mouere localiter

Ar. Omis distinctio est ab actu. sed materia nō hꝫ actū. g̊ nō hꝫ distinctōem Minor ꝓbat̄. qꝛ materia est ens in pura potentia. ita ꝙ de se nō hꝫ actum. Dōm ꝙ duplex est distinctio. q̄dā est absoluta q̄ ꝯuenit rei ꝑfecte ꝑ ꝓpriam drñtiā. ꝛ talē distinctōem nō hꝫ materia ſm se capta. qꝛ nō est ens ꝯpletū Alia est distinctio respectiua q̄ sumitur ꝑ ꝯparationem ad alterū. ꝛ sic materia hꝫ distinctōem. scꝫ ꝯꝑatōem ad formā. sicut pus dcm̄ est Et si dicat̄. g̊ materia erit aliqd respectiuū siue de p̄dicamento relatōis. Dōm ꝙ triplex est habitudo vnius ad alterū. q̄dā est habitudo obiectiua. ꝛ sic verū est ꝙ quicq̄d hoc mō depēdet hoc est relatiuū Alia est habitudo siue dependētia subiectiua. scꝫ qñ aliq̄d dependet ad alterꝫ sicut ad suū subiectū. ꝛ sic forma naturalis depēdet a materia. Tercia est qua aliq̄d est dependēs ab aliquo sicut hñs ab eo eē subale. ꝛ sic materia dependet a forma et talis dependētia spectat ad p̄dicamentū sube. Et si dicat̄. materia est simplr de p̄dicamēto relatōis. qꝛ totū eius esse est ad aliud se habere. Dōm ꝙ in materia est duplex esse. aliqd est eē qd materia hꝫ ex sui natura. sicut est esse potentiale. ꝛ tale ꝯuenit materie ſm se absqꝫ ordine ad formā. Aliud est esse actuale. ꝛ hoc hꝫ materia ex forma. vñ pꝫ ꝙ nō totū esse materie est ex forma. sed in relatiuis totū esse relatiuorꝫ est ad aliud se habere.

Ar. Quecūqꝫ ꝯueniūt genere ꝯueniūt materia. cū genus sumat̄ a materia. sed corꝑa celestia ꝛ inferiora ꝯueniūt genere. g̊ ꝯueniūt materia. Minor ꝓbat̄. qꝛ sūt de eodē p̄dicamēto Dōm ꝙ gen⁹ capit̄ tripliciter. vno° ꝓ genere scibili. ꝛ sic subiectū scīe vocat̄ genus. Alio° capit̄ ꝓ genere logico. ꝛ sic gen⁹ p̄dicamētale vocat̄ gen⁹. Tercio mō capit̄ gen⁹ ꝓ genere physico. ꝛ sic materia vel subiectū vocat̄ gen⁹. Per hoc g̊ dōm est ad argumētū. ꝙ q̄ ꝯueniūt in genere physico ꝯueniūt in materia. sed sic nō ꝯueniūt inferiora corpora ꝛ supiora. qꝛ dt Aresto. decimo metaph. loquēs de genere physico ꝙ corruptibile ꝛ incorruptibile plus q̄ꝫ genere drūt Et qñ dr. q̄ ꝯueniūt genere logico etiā ꝯueniūt genere physico. qꝛ gen⁹ logicū sumit̄ a materia. g̊ ꝛc Dōm ꝙ materia capit̄ duplr. vno mō ꝓ materia reali que est altera ꝑs cōpositi. ꝛ sic ista ꝓpō est falsa. genus sumit̄ a materia. qꝛ etiam in immaterialib⁹ est genus ꝛ drñtia. ꝛ tñ manifestū est ꝙ in eis nō sit realis materia. Alio mō accipit̄ materia ꝓ illo qd hꝫ ꝯditōem materie. ꝛ sic verū est ꝙ gen⁹ sumitur a materia. qꝛ genus sumit̄ a toto ꝯposito ſm aliqd indeterminatū. qꝛ ergo materia est de se indeterminata et cōfusa. sic genus dr sumi a materia. Exempli gratia. in substātijs separatis genus sumit̄ ab intellectualitate. q̄ cōis ꝛ cōfusa ē. sed differētia sumitur a determinato gradu intellectualitatis

Ar. Est vnus actus omniū corporalium. ergo erit vna potentia omniū corporaliū. Consequentia tenet. qꝛ potentia distinguitur ꝑ actus. Antecedēs ꝓbat̄. qꝛ forma corporeitatis est actus omniū corporaliū. Dōm ꝙ forma corporeitatis est vna ſm rōnem generis logici in oībus corꝑibus. sed nō est vna forma corporeitatis accipiendo formam corporeitatis physice ſm ꝙ est act⁹ ꝑfectiuus materie. qꝛ forma corporeitatis ingenerabilis respicit materiā supiorꝫ. sicut actus suam ꝓpriam potentiam. sed forma corporeitatis generabilis ꝛ corruptibilis respicit materiā istorꝫ inferiorꝫ

Ar. Augustinus dt ꝙ deus creauit duo. vnū ꝓpe se. scꝫ subas separatas. ꝛ alterū ꝓpe nihil. s. materiā pmā. g̊ erit vna materia superiorꝫ ꝛ inferiorꝫ. Item Auerrois dt ꝙ in fundamento nature nulla est distinctio sed materia est fundamentū nature. g̊ in materia nulla ē distinctio. sed erit vna in oībus. Dōm ꝙ Augustin⁹ loquit̄ ſm opinionē Platonis. cui⁹ fuit imitator. sꝫ Plato dixit ꝙ celū essꝫ eiusdē nature cū elementis. scꝫ igneum hoc aūt reprobat phus pmo celi. Vel pt dici ꝙ est vna materia vnitate generica. sic etiā sube separate nō habēt vnitatē specificā sed genericā. Ad autoritatē Auerrois dōm est ꝙ ipe loquitur expresse de materia rerū generabiliū ꝛ corruptibiliū. qꝛ illa materia est fundamētū nature. i. naturalis mutatōis. ꝛ illa est vna ꝛ indistincta

Ar. Si essꝫ oīm generabiliū ꝛ corruptibilium vna materia. g̊ erit vna aliq̄ vnitate. scꝫ vel numerali vel specifica vel generica. sed nullum istorum videtur esse dicendum Dicendum est ꝙ materia istorum generabilium et corruptibilium est vna vnitate potentiali vnitate negatiua ꝛ indifferentie. Quod sic pꝫ. qꝛ ma-

teria istoꝝ inferioꝝ ſm ſe accepta nō intelligit habere formā ſic nō pt habere vnitatē actualē Sed ꝙ habeat vnitatē potentialē ſic pȝ.qꝛ illa materia eſt in potētia ad oīnes formas rerū generabiliū ⁊ corruptibiliū.q̄re nō pt diſtingui ex vna forma tm̄.ſed ex oib9 ſimul ⁊ ꝑ modū indifferentie.qꝛ indrn̄ter pt ſubeſſe cuilibet forme rei generabilis ⁊ corruptibilis Per hoc g̊ ad argumētū dꝛ ꝙ ille vnitates ſcȝ generica.ſpecifica ⁊ nūeralis reſpiciūt entia in actu.⁊ ideo nō oȝ aliquā illaꝝ vnitatū poni in materia

Ar. Materia iſtoꝝ inferioꝝ diſtinguit ſpē in reb9 hn̄tib9 formas ſpecifice diſtinctas Probat.qꝛ diſtinctio materie eſt a forma. cuȝ aūt forme ſint ſpecifice diſtincte.g̊ ⁊ materie Dōm ꝙ iſta ꝓpō.diſtinctio materie ſumit a forma.pt dupl'r intelligi. vno° loquendo de forma q̄cūq3 ⁊ ſic ē falſa. Alio° loquēdo de forma ad quā ꝑ ſe ordinat talis materia ⁊ nō ꝑ accn̄s. Et dꝛ materia ꝑ ſe habere ordinē ad illā formā quā ſꝑ in ſe hȝ cū ꝑ ſe p̄ſupponat de oī. Tūc dꝛ ꝙ materia iſtoꝝ inferioꝝ ꝑ accn̄s hȝ ordinē ad formā quā nūc hȝ.qꝛ pt illā nō habere.ſȝ hȝ ꝑ ſe ordinē ad formā rei generabilis ⁊ corruptibilis. ⁊ iō ab illa forma ſumit eius diſtinctio. ꝑ accn̄s aūt eſt ſub forma hoīs aut leonis vel lapidis.

Ar. Quecūq3 hn̄t vnitatem ꝓprietatꝫ ſpecifice ſtꝫ vnū ſpē.ſed materia inferioꝝ ⁊ ſupiorum hn̄t vnā ꝓprietatē in ſpē.ſcȝ q̄ȝtitatē.g̊ ſunt vnū in ſpecie. Dōm ꝙ duplices ſtꝫ ꝓprietates ī diuerſis ſpēb9. q̄dā ſtꝫ q̄ fluūt ex ipis ſm rōem generis.⁊ tales pn̄t eē vnū vnitate ſpēi.etiā in diuerſis.ſicut pȝ de ſenſibili in hoīe ⁊ aſino.⁊ de dyaphano aeris ⁊ aque. Alie ſtꝫ ꝓprietates q̄ fluunt ex diuerſis ſpēb9 ſm ꝓprias rōnes ſpecificas. ⁊ tales ꝓprietates in diuerſis ſpēb9 ſtꝫ diuerſaꝝ ſpēꝝ. vt riſibile et rudibile in hoīe ⁊ aſino. Per h̊ g̊ dōm eſt.ꝙ q̄ȝuis ſit vna ꝓprietas q̄ fluit ex materia iſtoꝝ inferioꝝ ⁊ ſuperioꝝ.qꝛ tn̄ fluit ex eis ſm rōnem generis nō pt ex ea argui vnitas materie ſm ſpēm Et ſi dicat.eſt vn9 p̄m9 act9.g̊ erit vna p̄ma potētia. Dōm ꝙ nō eſt ſilē.qꝛ p̄m9 actus nō dependet ab aliq̊.ſȝ oīa depēdēt ab ipſo.ſed p̄ma potētia dependet ab actu.⁊ ideo opoꝛȝ potentias diſtingui ex actib9.⁊ non econtra

Dr. Utrū ſit vna materia oīm corpoꝝ celeſtiuȝ Dōm ꝙ nō.⁊ rō eſt.qꝛ materia ſcat potentiā ex ſui natura. vbicūq3 g̊ eſt vna materia.ibi eſt vna potētia ad formā.ſed in corporib9 celeſtib9 nō eſt vna potētia ad formas oīm corpoꝝ celeſtiū.g̊ ⁊c̄. Minor ꝓbat.qꝛ ſi ſic tūc in materia vni9 corꝑis celeſtꝫ eſſȝ ordo ad formas alioꝝ corpoꝝ celeſtiū.⁊ ꝑ ꝯn̄s materia vni9 corꝑis celeſtꝫ haberet naturalē ordinē ad formā alteri9 q̄re poſſȝ ad illā trāſmutari.⁊ ſic corp9 celeſte poſſȝ recipe nouā formā.et hoc nō eſſȝ abſq3 corruptōe p̄oris forme. ⁊ ſic corꝑa celeſtia eſſent corruptibilia.qđ eſt impoſſibile. Ex quo ſequit.ꝙ qđlibet corp9 celeſte ex ſua materia tota eſt.qꝛ nō eſt aliq̄ materia eiuſdē rōnis extra h̊ corp9. hoc aūt ē impoſſibile dicere de inferiorib9.qꝛ materia iſtoꝝ inferioruȝ vni9 corꝑis eſt eiuſdē rōnis cū materia alteri9 corꝑis .ſicut materia aſini eſt eiuſdem rōnis cū materia hominis ſm naturam materie.

Ar In oīb9 corꝑib9 celeſtib9 eſt vn9 mot9.g̊ erit eadē materia in oīb9.ꝯn̄a tenet.qꝛ mot9 ꝯſeq̄t materiā Dōm ꝙ q̄ȝuis corꝑa celeſtia habeāt vnū motū localē in genere.nō tn̄ hn̄t in ſe illū motū ad quē ſeq̄t vnitas materie.qꝛ vnitas materie ſeq̄t ex motu generatiōis et corruptōis.qꝛ q̄ ex ſe inuicē generātur ⁊ corrūpuntur habent eādē materiā.in illis em̄ materia vni9 fit materia alterius.ſed manifeſtū ē ꝙ in corꝑib9 celeſtib9 nō ē generatio neq3 corruptio.ergo ibi nō eſt vna materia.

Dr. Utrꝝ forma añ ſui generatōem habeat aliqđ eſſe in materia ꝑ inchoatōem. Dōm ꝙ circa iſtā q̄ſtionē añ Areſto.fuerūt due opiniones ꝯrie.vna poſuit latitatōem formaꝝ in materia ſm actū.ſic Anaxa. q̄ dixit qđlibet in q̊libet p̄exiſtere actualiter .ſȝ iſta opinio eſt p̄us reprobata in textu. Alia opinio fuit ꝙ rerū naturaliū forme non haberēt originē ex mrteria.ſic ꝙ aliq̄liter p̄exiſterent in ea.ſed ſimpl'r aduenirēt ab extrinſeco.⁊ iſta opinio fuit Platonis q̄ dixit ꝙ tales forme aduenirēt ab ideis ſeꝑatis.ſilr̄ Auicēne q̄ dixit tales formas aduenire ab intellectu ſeparato.quē ipſe dixit eē datorē formarū. Sȝ iſtud eſt incōueniēs.qꝛ ſi ſic.tūc eodē mō acq̄rerētur forme alie.ſicut aīa rōalis.qꝛ oēs forme naturales ab extrinſeco aduenirēt.ſicut aīa rōnalis. Sed Areſto.tenet mediā viā.⁊ dꝫ ꝙ forme reꝝ naturaliū partim veniūt ab extra ⁊ ꝑtim ab intra.qꝛ ſunt ab intra ſm eē potētiale et ſic remouet opinio Platonis .⁊ ſtꝫ ab extra ſm eē actuale.⁊ ſic remouet opinio Anaxagore. Eſt g̊ intētio Arꝫ. ꝙ forme naturales añ generatōeȝ p̄habeāt eē in materia ſm eē potentiale.qꝛ p̄ſunt in potētia materie. Et de hoc inter poſteriores adhuc eſt ꝯtrouerſia.qꝛ dꝫ ſctūs Tho. ꝙ forme p̄exiſtāt in potētia materie.ſcȝ ſubiectiua q̄ ē ipa materia ſm rē.qꝛ ſcȝ materia hȝ naturalē habitudinē ad formā.⁊ in illa naturali habitudine p̄exiſtit aliq̄d forme ſm quādā analogiā.ſicut infra patebit. Alij aūt exponūt ſic.forme p̄exiſtūt in potētia materie nō ſoluȝ ſubiectiua.ſed etiā formali formabili.q̄ſi in materia añ generatōem p̄exiſtat forma.nō ſm eē ſpecificū ſicut dixit Anaxa ſȝ ſm9 eſſe genericū ⁊ ꝯfuſuȝ qđ eſt eē potētiale.nō ſolū ſe tenēs ex ꝑte materie ſicut dixit p̄ma opinio.ſed etiā ſe tenēs ex ꝑte forme Sed iſta ſcđa expoſitio q̄ eſt Albti magni tanq3 falſa ⁊ improbabilis multipl'r reprobat.p̄mo autoritatib9.ſcđo rōnib9. Ponūtur em̄ q̄ttuoꝛ autoritates in hoc p̄mo libro illi poſitōi ꝯtrarie. Primo dꝫ Areſto.ꝙ p̄uatio nō manet.ſȝ materia manet.ſi aūt p̄uatio ſcaret formā inchoatā.g̊ etiā p̄uatio maneret Scđo dꝫ ꝙ p̄uatio eſt ens ꝑ accn̄s.qđ iterū eſt falſum de forma Tercio dꝫ ꝙ p̄uatio eſt ens ꝑ accn̄s ⁊ machinat in maleficium forme.i. ꝯtrariat forme.g̊ p̄uatio nō ſcat formā inchoatā. Itē q̄rto dꝫ ꝙ materia ſm ſuiipſius rōnem aꝑpetit formā.g̊ nō aꝑpetit eā ſm eſſe formale formabile. ¶ Et ꝓ intellectu iſtaꝝ autoritatū eſt ſciēdū ꝙ oēs ponentes q̄litercūq3 inchoatiōes formarū dicūt formas eē inchoatas in materia ꝑ hoc ꝙ materia hȝ ordinē ad formā.⁊ qꝛ ordo materie ad formā quā nō habet eſt gratia p̄uatōis vt ſupra dictū eſt.ideo dicūt ꝯſequēter ꝙ p̄uatio ſit forma inchoata Qui ergo dicūt ꝙ forma ſit inchoata ſm eē formale formabile dicūt hoc eſſe formale formabile ſcari ꝑ p̄uatōem exempli gratia.p̄uatio eſt negatio forme ī ſubiecto apto nato.⁊ illā aptitudinē dicūt eſſe formā inchoatā.ſed ſanctus Tho.dꝫ illā aptitudinē eſſe potētiā ſubiectiuā materie Scđo reprobat eadē opinio ſcđa rōnib9. ⁊ p̄mo rōnib9 oſtenſiuis.ſcđo ad impoſſibile ducentib9. Rōnes oſtēſiue ſunt tres ſm tria que inueniūtur in naturali mutatione.ſcȝ ſubiectū motus.terminus motus.⁊ ipſe motus ſm ſe. Prima tenet ſe ex ꝑte ſubiecti motus.qꝛ opꝛȝ in omi motu ſeu mutatione ſubiectū motus in termino a

quo intelligere sub ꝑuatōe termini ad quē. q᷑ si termin⁹ a q̄ haberet terminū ad quē tūc nō moueret̄ ad ipm. Et hoc est ꝙ dici solet ꝙ omīs motus est de ꝯtrario in ꝯtrariū. ergo opꝫ subiectū in generatiōe naturali in termīo a q̄ intelligi sub negatōe termini ad quē. scꝫ forme subalis. nō pt g̊ dici ꝙ forma subalis ꝑsit in materia añ generatione Nec valet si dicat̄ ꝙ forma ꝑsit ꝭm genus ꝗ̄uis nō ꝭm spēm. q᷑ sic forma esꝫ pn̄s ꝭm eēntiā genericā Tūc sic arguit̄. qcq̄d addit̄ alicui h̄nti essentiam h̄ est accn̄s. g̊ forma subalis adueniēs ꝑ generatōnem erit accn̄s. Nec etiā ꝑuatio abijceret̄ in aduentu forme. sꝫ mod⁹ ei⁹ ꝑficeret̄ Scd̄a rō sumit̄ ex ꝑte termini ad quē siue forme acq̄site ꝑ motū. ꝛ stat in hoc. Indiuisibile vbicūqꝫ est ibi totū est. ꝛ vbicūqꝫ deest ibi totū deest. Si g̊ forma subalis desit añ generatōnem. cū sit indiuisibilis. g̊ deest tota. ꝛ ꝑ ꝯn̄s nō erit ibi ꝭm esse genericū. Si adest. g̊ tota adest. et sic erit ibi ꝭm esse specificū. sicut dixit Anaxa. ꝛ nō solum ꝭm eē genericū Et hoc secūdū reprobat dupl̄r. ꝑmo q᷑ forma acq̄rit̄ ꝑ generatōem sicut termin⁹ motus. g̊ nō p̄est. Scd̄o q᷑ oīs mot⁹ fit ꝓpter indigentiā termini. scꝫ forme. g̊ termin⁹ nō habet̄ Nec valet si dicat̄ ꝙ forma subalis adsit ꝭm essentiā. ꝛ desit ꝭm esse. ꝛ hoc ꝓpter tria ꝑmo q᷑ forma subalis est indiuisibilis nō solū ꝭm essentiā sed etiā ꝭm esse. Ille em̄ forme suscipiūt magis ꝛ min⁹ ꝭm esse q̄ pn̄t ꝑfici in subiecto ꝑ agens extrinsecū. sicut sꝫ ꝑcipue q̄litates de tercia spē. sed hoc nō pt dici de formis subalibꝫ. Secūdo q᷑ esse nō est termin⁹ generatōis. sꝫ forma siue essentia. q᷑ hoc est termin⁹ generatōis qd̄ est actus materie. sed esse est actus ꝯpositi ꝛ nō materie. g̊ ꝛc̄. Tercio q᷑ esse nō est directe de genere sub̄e. sed termin⁹ generatōis est directe ꝛ ꝑ se de ꝑdicamento sub̄e. g̊ eē nō erit termin⁹ generatōis. Tercia rō sumit̄ ex ꝑte mot⁹ vel mutatōnis in se q̄ talis est. generatio est mutatio instantanea. sed in mutatōe instātanea subiectū mutatōis stat toto tꝑe sub nō esse termini ad quē. ꝛ in vltimo instāti accipit terminū ad quē. g̊ etiam in toto tꝑe generatōis materia stabit sub nō esse forme. ꝛ in vltimo instāti habebit formā. ꝛ ꝑ ꝯn̄s in generatōe nō ꝓcedit̄ a forma imꝑfecta ad formā ꝑfectā. sicut dicūt alij. Sed rōnes ad impossibile ducētes sꝫ numero q̄nqꝫ. Prima est si forme essent inchoate in materia ꝭm esse formale formabile. tunc in qualibet ꝑte materie esset forma inchoata. q᷑ q̄libet ꝑs materie cuiuslibet rei natural̄r hꝫ aptitudinēꝫ ad qualibet formā. sed aptitudo materie ē forma inchoata. ꝛ sic ī q̄libet ꝑte materie erūt omēs forme inchoate. Vel g̊ ille forme sunt ibi essential̄r inter se distincte. ꝛ sic in vna re eēnt oēs res naturales. q᷑ essentialis distinctio est penes differentiā. cū aūt sint essential̄r distincte. g̊ habebūt suas ꝓprias dr̄ītias Nec valet ꝙ dicātur ibi esse generice. q᷑ genus nō subsistit sine spē. si g̊ ibi ille forme subsistāt generice. g̊ etiam specifice. Si vero ille forme sint indistincte sicut vna forma. tūc seq̄tur ꝙ oīa erūt vnū ꝭm subaꝫ. q᷑ tales forme sꝫ ibi eēntial̄r. ꝛ si eēntial̄r. g̊ specifice. q᷑ eēntia rei sumit̄ a forma specifica. Nec valet si dicat̄ ꝙ h̄ vnū eē sit genericū. q᷑ esse genericū est esse rōnis ꝛ nō rei physice q᷑ genus est eq̄uocū physice. ꝛ nō vnū nisi ꝭm rōnem. Dicit em̄ Aresto. in. vij. huius. ꝙ in genere latent multa Nō pt g̊ aliq̄d dici physice habere esse genericū. q᷑ genus attribuit̄ rebꝫ ꝭm esse qd̄ h̄nt in aīa. ꝛ nō ꝭm esse qd̄ h̄nt ad extra. ꝛ ideo formā ꝑhabere esse genericū ante generatiōnē est formā habere esse logicū in materia. qd̄ est incōueniēns dicere in physica q̄ est scīa naturalis. Nec pt dici ꝙ genus logicū sumat̄ a forma formabili. q᷑ tūc vel aīal nō esset genus ad hoīem. qd̄ est ꝯtra logicos. vel sequeret̄ ꝙ aīa humana haberet inchoatōem in materia qd̄ est incōueniēs. cum nō educat̄ de potentia materie. q᷑ si aīal sit genus hoīs. tūc habebit esse formale formabile in hoīe sicut in alijs rebꝫ. Secūda rō ad impossibile est ista. q᷑ vel illud esse inchoatū qd̄ hꝫ forma in materia esꝫ materie innatū ꝛ ꝯcreatū vel ab extrinseco inductū. scꝫ ab aliq̄ agente. sed nullū istoꝝ est dd̄m. g̊ ꝛc̄. Nō ꝑmū. q᷑ tūc forma esset incorruptibilis sicut materia. q᷑ qcq̄d est ꝑ creatione in materia hoc semꝑ manet in ea. Nec pt dici secūdū. q᷑ sic esꝫ ꝓcessus in infinitū. q᷑ hoc esse inchoatōnis qd̄ educit̄ de materia haberet nouū esse inchoationis. ꝛ h̄ iterū aliud. ꝛ sic in infinitū Tercia rō ad impossibile ē. q᷑ magis ꝓprie aliq̄d fieret in ꝑdicamētis accidētium q̄ꝫ sub̄e. qd̄ sic pꝫ. q᷑ in factōe accn̄tali nō pt aliq̄ mō qd̄ acq̄rit̄ ꝑ motū ꝑexistere. ꝛ h̄ ideo. q᷑ ille mot⁹ est de ꝯtrario in ꝯtrariū. sed nihil ꝑexistit in suo ꝯtrario. Exēpli grā. calefactio fit ex frigido in calidū nō ꝑexistēte calido. sed ꝭm ponētes inchoatōeꝫ formaꝝ in ꝑdicamēto sub̄e ꝑexistūt forme ꝭm esse imꝑfectū. qd̄ nō pt dici in formis ꝯtrarijs

Hic ph̄s soluit aliā rōem. q̄ sumebat̃ ex ꝑte ꝯtactus et fuit talis. qꝛ oē corp⁹ finit̃ aliq̊ alio. det̃ g̊ aliqđ corp⁹ vel g̊ illud finit̃ aliq̊ alio in infinitū. ⁊ sic erit ifinitū ī multitudine corpoꝝ. vel ꝓcedit̃ ad aliqđ corp⁹ qđ ꝯtinet ⁊ nō ꝯtinet̃. ⁊ tūc hoc corpus erit etiā ifinitū. qꝛ nō finitur aliq̊ alio. Rn̄det Aresto. ad ꝓmā ꝑtē assumpti ꝑ interemptōem. ⁊ vult ꝙ nō oē illud qđ finit̃. finit̃ aliquo alio. Dr̄ntia em̄ est inter finiri ⁊ tangi. qꝛ finiri đꝛ absolute. ⁊ tangi respectiue. Finit̃ em̄ aliq̄d ꝑ ꝓprias dimēsiones. ⁊ nō ab alio sicut ꝓmū celū qđ nihil extra se hȝ vn̄ ꝯtineat̃ et iō illa ꝑs assumpti ē falsa. ꝙ oē qđ finit̃. finit̃ ab alio

Intelligētie aūt credere incōueniēs. Nō em̄ in re abūdantia et defectus est. si intelligentia vnū quod em̄ nostrum vtiqꝫ intelliget aliq̄s multiplicē seipso augmētās infinitū. Sed non ꝓpter hoc extra aliq̄d est. aut extra tantā magnitudinē quā habemus. q̄ꝫuis intelligit aliq̄s sed quoniā aliquid est hoc accidit

Hic Aresto. soluit rōem. q̄ fuit q̄nta in ordine ⁊ erat sumpta ẜm antiq̄s ex ꝑte intelligētie siue imaginatōnis Ex quo em̄ imaginatio p̄t apprehēdere aliq̄d ifinitū extra celū. ⁊ quicq̄d apparet est veꝝ ẜm antiq̄s. g̊ erit vnū spaciū ifinitū extra celū. Rn̄det Aresto. ꝙ intelligētie siue imaginatōni credere est incōueniens. qꝛ intellect⁹ noster p̄t imaginari ⁊ intelligere aliqua falsa. ⁊ hoc iō est. qꝛ intellectus noster nō est cā reꝝ. sicut intellectus diuin⁹ et iō veritas in itellectu nostro causat̃ ex reb⁹. qꝛ g̊ qn̄qꝫ intelligimus rē aliter q̄ꝫ est in scđa opatōne intellectus. sic ꝯtingit falsitatē esse in intellectu. ⁊ sic est in ꝓposito. qꝛ q̄ intelligit spaciū infinitū esse extra celum. ille intelligit aliq̄d in scđa opatōe intellectus. sicut nō est. qꝛ tale spacium nō est extra celum. vt ꝓbatur ꝓmo celi

Tempus aūt ⁊ motus infinita sunt ⁊ intelligentia nō ꝑmanente accepto. Magnitudo autem neqꝫ in diuisione neqꝫ intelligibili augmentatione infinitum. Sed de infinito q̄dem quō est ⁊ quō nō est. ⁊ quid est. dictum est

Hic soluit rōem sumptā ex tꝑe ⁊ motu. Et đt ꝓ solutione ꝙ tp̄s ⁊ motus nō sunt infinita in actu. qꝛ de tꝑe actu nihil habemus nisi nunc. silr̃ de motu in actu solum habemus momentū. sed ista sunt infinita in potētia. qđ infinitū admittit̃ etiā ab Arestotele. Similr̃ dđm est ad rōnem sumptam ex parte magnitudinis. qꝛ magnitudo nō est actu infinita neqꝫ ꝑ diuisionē neqꝫ ꝑ augmētationem intelligibilē. sed est diuisibilis in infinitū ẜm potentiam. Et ideo ille rōes de motu tꝑe ⁊ magnitudine. q̊dammō verum ꝯcludūt. qꝛ ꝯcludūt ifinitum esse in potentia. quod est verum. Ultimo epilogat quod dictum est de infinito.

Dr̄. Utrꝫ definitio infiniti ab Arestotele posita sit bn̄ assignata Dđm ꝙ sic. ⁊ rō est. qꝛ infinitum vt hic sumit̃ tenet se ex parte materie. ⁊ quantitas est ꝓprietas q̄ oritur ex materia. sic ifinitū est passio quātitatis. cum g̊ passio definiat̃ ꝑ suū subiectum ꝯuenienter definit̃ ifinitum ꝑ quātitatē positam loco generis vt sit sensus infinitū est quātitas vel hn̄s quātitatē. Et qꝛ Aresto. loq̄tur de ifinito in potētia qđ ꝯsistit in quadam successione diuisionis. vel appōnis sic ꝯueniēter additur. cuius sꝑ est aliq̄d extra accipe. qꝛ in illo qđ đꝛ infinitū semꝑ restat aliquod accipe ꝑ diuisionē vel additionem. Est tn̄ ꝯsiderandū ꝙ ista definitio ꝯueniret ifinito

materiali in actu si eẽt. ⁊ hoc in ordine ad nostꝝ intelle-ctum. q͛ eṁ intellectus noster nõ p̃t sil᷑ cape totũ infinitum. iõ necessario haberet cape p̱tem post p̱tem. ⁊ iõ in intellectu illius ĩfiniti eẽt sp̱ aliq̇d extra accipe. secus aũt est de intellectu diuino. q͛ ille est etiã infinitus. Sꝫ ista definitio nullo mõ p̃t ꝯuenire infinito formali q̇d est deus. q͛ nõ hꝫ q̃titatẽ. nec est in eo accipe partem post partem. q͛ est total᷑ indiuisibilis. ⁊ iõ tale infinitum vel totum attingit᷑ vel totum ignorat᷑. sicut pꝫ. ix. metaphice.

Ar̃. Infinitũ nõ est. g̊ nõ p̃t definiri. Dõm ꝙ ẽ duplex infinitũ. vnũ est infinitũ in potẽtia. ⁊ h̃ est q̇d ꝓp̃ie hic definit᷑. Aliud est infinitũ in actu. ⁊ h̃ nõ est nec hꝫ definitõem q̇d rei. licet de eo posset dari definitio q̇d nois. sicut pꝫ infra de vacuo. Posset tñ definitio p̄dicta etiã ꝯuenire ĩfinito materiali in actu. in ordine ad nostꝝ intellectũ. vt ptꝫ ex iam dictis

Ar̃. Videt᷑ ꝙ definitio antiquoꝝ ꝯueniat infinito formali. ꝓbatur. q͛ hoc infinitũ est extra q̇d nihil est. nã deus hꝫ oẽm p̱fectõem ex se. ⁊ g̊ extra ipsuꝫ nulla p̱fectio est. Etiam si esset aliquod infinitũ in actu extra ip̃m nihil esset. g̊ videtur antiquos optime definiuisse infinitum. Dõm ꝙ si infinitũ capiatur ꝓ infinito formali. ⁊ quãtitas ꝓ quãtitate virtutis. tunc definitio antiquoꝝ p̃t ꝯuenire infinito formali. q͛ accipiendo quãtitatẽ illius virtutis infiniti formalis. s. dei nihil vere p̱fectõnis est extra ip̃m. q͛ ꝯtinet in se oẽm p̱fectõem. Si aũt intelligat᷑ de infinito materiali in actu. tunc est distinguendũ de ista p̱ticula (cuius quãtitatẽ accipiẽtibꝫ) q͛ dupl᷑ p̃t accipi q̃titas ĩfiniti materialis. vno° ſm reꝫ et sic nihil est extra accipe. q͛ infinitũ oĩa includit. Alio° ſm nostꝝ intellectũ. ⁊ sic definitio Aresto. ꝯuenit infinito materiali in actu. q͛ intellectus noster accipit in illo infinito p̱tem post p̱tem. ⁊ sic est sp̱ aliq̇d extra accipe. licꝫ intellectus diuinus posset infinitum simul accipere.

Ar̃. Si accipiat᷑ quãtitas alicuius ꝯtinui. s. ligni. tunc nihil est extra illam accipere. g̊ male dicit Aresto. ꝙ quãtitatem alicuius accipientibꝫ semp̱ est aliq̇d extra accipe. Dõm ꝙ partes in aliquo ꝯtinuo in quo infinitum rep̱itur pñt capi dupl᷑. vno modo p̱ cõparatõem ad totum absolute. ⁊ sic accipientibꝫ quãtitatem p̱tium nihil est extra accipere. sicut ꝺ̃t argumentum. Alio modo accipiunt᷑ partes in ꝯtinuo ſm ꝙ hñt ordinẽ ad potentiam diuisionis ſm equalitatẽ ꝓportõnis. ⁊ sic accipientibꝫ quãtitatẽ partiũ in aliquo ꝯtinuo semp̱ est aliq̇d extra accipere. Et ille est intellectus definitõnis. q͛ ꝯtinuũ nõ hꝫ finẽ diuisionis ſm p̱tes eiusdẽ ꝓportõis et ideo sp̱ est nouas p̱tes accipere ſm illã diuisionem

Explicit tercius phisicoꝝ.



Imiliter aũt necesse est phisicum ⁊ de loco sicut ⁊ de infinito cõsiderare si est aut non. et quomodo est. ⁊ quid est.

Et ea nãq̧ que sunt. om̃es opinantur alicubi esse. Quod eṁ non est, nusq̧ est. Ubi eṁ est tragelaphus aut philagax

Postq̃ ph̃s determinauit in tercio de motu ⁊ infinito q̇d cõpetit motui intrinsece ſm ꝙ est de genere cõtinuoꝝ. Nunc in quarto libro intẽdit determinare de his q̃ aduenuint motui extrinsece. Et ex isto sumit᷑ rõ ordinis istius libri ad terciũ. q͛ in tercio determinatũ est de passionibꝫ intrinsecis entis mobilis. s. de motu ⁊ ĩfinito Et dicuntur intrinsece. q͛ ꝯsequunt᷑ ens mobile ſm ꝙ hmõi. ⁊ sic ꝯueniunt om̃i enti mobili. est eṁ om̃e ens mobile cõp̱abile ad motũ sic ꝙ qñq̧ motus ꝯuenit sibi. sil᷑ om̃e ens mobile est infinitũ in potentia. q͛ est ꝯtinuũ de quo in tercio libro determinatũ est. In hoc aũt quarto determinat᷑ de passionibꝫ extrinsecis entis mobilis. s. de loco vacuo ⁊ tp̱e. q̃ dicunt᷑ extrinsece. q͛ nõ ꝯueniũt subiecto huius scie ſm ꝙ hmõi sicut circa ṗncipiũ tercij dictum est. Et in hoc quarto ṗmo determinat de his que aduenuint motui extrinsece quasi mẽsure mobilis. Secũdo de tp̱e q̇d ẽ mẽsura ip̃ius motus. ibi Cõsequẽs ãt ex dictis. Circa ṗmũ ṗmo determinat de loco. Scd̃o de vacuo. ibi. Eodẽ ãt mõ. Circa ṗmũ ṗmo oñdit ꝙ a ph̃o naturali sit determinandũ de loco. dicens ꝙ sicut determinatũ est de infinito an est vel nõ est. ita sil᷑ nccẽ est scꝫ ph̃m naturalẽ determinare de loco an est De loco tñ determinat᷑ ꝙ est. ⁊ de infinito ꝙ nõ est. ⁊ iõ sil᷑ ꝺ̃t sil᷑itudinẽ quo ad modũ determinandi. q͛ sicut Aresto. posuit rõnes ad ꝓbandũ infinitũ esse ⁊ nõ esse. ita sil᷑ facit de loco. sꝫ nõ est sil᷑itudo quo ad existentiã. cũ locus sit simpliciter ⁊ infinitũ ſm q̇d Tunc ibi. Et ea nãq̧. Arestote. ꝓbat ꝙ phisicus hꝫ determinare de loco. Et circa hoc ꝯsiderandũ est ꝙ tribꝫ modis excludit᷑ aliq̇d a scia. Primo q͛ est singulare ⁊ p̱ticulare. q͛ de singularibꝫ ſm ꝙ hmõi nõ est scia. cũ singularia nõ habeant ṗncipia necessaria. nec passiones demonstrabiles de ip̃is. Scd̃o° de aliquo nõ est scia. q͛ hꝫ se p̱ accñs ad taleꝫ sciam. ⁊ sic geometer ꝯsiderans quãtitatẽ nõ ꝯsiderat qualitatẽ. vt vtꝝ linea sit alba vel nigra. Tercio aliq̇d excludit᷑ a scia q͛ circa ip̃m nõ est difficultas. Ars eṁ ⁊ ꝟtus sunt circa difficilia. extẽdendo etiã artẽ ad sciam Et iõ Aresto. ponit tres rõnes p̱ quas excludit ista tria impedimẽta. Prima rõ tangit᷑ in isto textu. ⁊ stat in hoc. de illo hꝫ determinare phisicꝰ q̇d est cõe oĩbꝫ rebꝫ naturalibꝫ. q͛ iste liber tractat de cõibꝫ ⁊ in posterioribꝫ descendit᷑ ad entia phisicalia specialia. sꝫ locus est cõis oĩbꝫ rebꝫ naturalibꝫ. q͛ oĩa entia naturalia sunt in loco. Et hoc ꝓbat Arestote. autoritate antiquoꝝ. q̃ nõ ponebant alia entia q̃ꝫ entia naturalia. ⁊ dicebant om̃e ens esse in loco. sic arguentes. q̇d nõ est. nusq̧ est. g̊ ꝙ aliq̇d est in loco est. Et ex ista opinione seq̃bat᷑ ſm antiquos ꝙ naturalis scia esset ṗma ph̃ia q̃ est cõis oĩbꝫ entibꝫ. vt ꝺ̃ꝫ q̃rto metaphisice.

q2 ipi posuerunt oīa entia esse sensibilia eo ꝙ corporum imaginatōem nō potuerūt transcendere. Sȝ argumētū eoꝝ peccat penes fallaciam ꝯsequentis. q2 arguebant a tota ꝯditionali vera cū destructōne aῆtis ad destructionem ꝯsequentis. ꝛ hoc ideo. q2 affirmatiue destruunt negatiuas. ꝛ sic aliq̄d esse destruit nihil esse. ꝛ in loco esse destruit nullubi esse. Valeret ergo argumentū a destructione ꝯsequentis ad destructōem aῆtis. sic scȝ quod nō est. nullubi est. ergo quod in loco est aliquid est

Nr. Utrꝫ om̄e q̄ď est sit in loco. Dōm ꝙ esse in loco accipit' dupl'r. vno mō cōmuniter ꝓut se extendit ad oēm modum essendi in loco. siue repletiue siue definitiue siue circūscriptiue. Et sic om̄e quod est in loco est. q2 deus est in loco repletiue. q2 replet oēm locum essentia potentia ꝛ oꝑatione. sed substantie separate sunt in loco definitiue. q2 definiunt' ad illum locum in q̄ oꝑantur. ita ꝙ f̄m doctorē sanctū oꝑatio angeli est ratio quare angelus sit in loco. Alio mō accipitur esse in loco ꝓprie. ꝓut aliq̄d est in loco circūscriptiue. ꝛ sic nō oīa entia sunt in loco. sed solum corpora que circūscribunt' aliquō loco. Ille em̄ res que nō habent quātitatē non pn̄t loco circūscribi. cum nō habeant terminos quātitatis.

Circa quod sciendū ꝙ esse vbiqꝫ ꝑ se ꝛ affirmatiue ꝯuenit soli deo. ꝛ ergo qn̄ deus ď2 esse in celo nō excluditur q̄n etiam sit in omnib9 alijs rebus. sed ꝟcatur ꝙ in celo sit f̄m digniorē effectum. q̄ est glorificatio sanctorum. Uel si intelligatur de deo f̄m humanitatē assumptam tunc est in celo circūscriptiue. Sed in sacramento altaris est substātialiter sacramētaliter. ꝛ nō circūscriptiue. Nec ꝯuenit eē vbiqꝫ mūdo vel vniuerso. q2 vniuersuȝ ē vbiqꝫ ꝑ accn̄s. s. grā suaꝝ ꝑtiū. grā ei suaꝝ ꝑtiū replet oēȝ locū et nō gratia totius sicut deus. Nec etiam ꝯuenit vl'i nisi negatiue. q2 vl'e est sic vbiqꝫ ꝛ semꝑ ꝙ ꝑ se nō definitur ad locum siue tempus sicut singularia.

Nr. Locus est mathematice ꝯsideratōnis. ergo nō phisice. Aῆs ꝓbatur. q2 locus est suꝑficies. ꝛ suꝑficies est quātitas. sed quātitas est mathematice ꝯsideratōnis. Dōm ꝙ suꝑficies accipitur dupl'r. vno mō absolute ꝛ f̄m se ꝛ sic suꝑficies nō est locus. q2 alias suꝑficies corpis locati esset locus. quod est simpl'r falsum. Alio modo accipitur suꝑficies f̄m ꝙ est locans et inq̄ꝫtū includit virtutē circūscribendi. vel etiā f̄m ꝙ ē ꝯseruans siue ꝯtinens. id est f̄m ꝙ habet in se virtutem ꝯseruatiuā locati influxam a p̄mo locāte. ꝛ sic suꝑficies est idem quod locus. Per hoc ergo dōm est. ꝙ q̄ꝫuis suꝑficies absolute accepta spectet ad ꝯsideratōem mathematici. tn̄ suꝑficies ꝯseruatiua f̄m ꝙ hmōi spectat ad ꝯsideratōnem phisicalis scie. q2 virtus conseruatiua est qualitas ꝛ non quantitas.

Et de motu qui cōmunis est maxime ꝛ magis proprius f̄m locum est. quem vocamus locimutationem Habet autem multas dubitationes. quid forte sit locus. non em̄ eadē videntur considerantib9 ex omnibus que insunt. Amplius autem neqꝫ habemus nihil ab alijs neqꝫ ꝑdubitatū. neqꝫ bene exquisitū de hoc.

Hic ꝯn̄r ph̄s ponit scďam ratiōem ad ꝓbandum ꝙ phisicus ꝑ se habeat determinare de loco. sic ꝙ nō habeat se ꝑ accn̄s ad istam sciam. Et stat in hoc. phisicus habȝ determinare de motu. ergo habet determinare de loco. Tenet ꝯn̄a. q2 p̄ncipalissima spēs motus est motus localis. Quod patet ex duob9. p̄mo q2 ille motus est cōmunis om̄ibus corporib9 mobilib9. ꝛ nō alij mot9. Secundo. q2 ille motus p̄t esse regularis vniformis ꝛ ꝑpetuus. sicut ꝓbatur octauo huius. Sed q2 nō p̄t motus localis cognosci absqꝫ loco. sic necesse est phisicū determinare de loco. Tunc ibi. Habet aūt. Ponit' tercia rō ad idem. ꝛ stat in hoc. de illo est determinandū a sapientib9 in aliqua scia. de quo sunt multe dubitatiōes. sȝ de loco sunt multe dubitatōes tam quo ad questionem an est. q̄ꝫ quo ad questionē quid est. q2 aliqui dicunt locum esse. aliqui vero dicunt locum non esse. Etiā aliq̄ dicebant locum esse materiā. aliqui formam. aliqui vero spacium dimensionatū. que om̄ia falsa sunt. sicut inferi9 clare patebit. Et haꝝ dubitationū duplex est cā. vna ē ex ꝑte ipsius loci. q2 nō omnes ꝓprietates loci ducunt in eandē sententiā de loco. sȝ ex q̄busdam videt' ꝙ locus sit hoc ꝛ ex alijs ꝙ sit aliud. Alia cā est ex ꝑte hoim. q2 antiqui neqꝫ bene mouerunt dubitatōnes circa locum. neqꝫ etiam bene exq̄sierunt veritatem

Quod quidem igitur locus sit. videtur ex transmutatione manifestum esse. Ubi nāqꝫ nunc est aqua. hinc exeunte sicut ex vase iterum aer inest Quandoqꝫ autē eundem locum habent aliq̄d aliud corporum detinetur. hoc ab his q̄ insunt et cōmutātur alterum omnib9 esse videtur. In quo em̄ aer est nūc. aqua in hoc p̄us erat. Quare manifestū est ꝙ erat locus aliquid ꝛ receptaculum alterum ab vtrisqꝫ in quod ꝛ ex quo mutatum est Amplius aūt loci mutatōnes phisicorum corporum ꝛ simplicium. vt ignis ꝛ terre ꝛ talium nō solum ostendunt ꝙ aliquid ē locus. Sed quia ꝛ habeat quandā potentiam locus Fertur em̄ vnūquodqꝫ in suum locum non ꝓhibitum. hoc quidem sursum. illud aūt deorsum. Hec aūt sunt loci partes ꝛ species. sursum ꝛ deorsum. ꝛ reliqne sex distantiaꝝ. Sunt aūt hmōi non solū ad nos dextrorsum sinistrorsum sursum ꝛ deorsum. Nobis quidem em̄ nō semper idem. sed f̄m positōnem quocūqꝫ verta

mur sit propter quod idem multotiens dextruz et sinistrum est. ⁊ sursum ⁊ deorsuz. ⁊ ante ⁊ retro. In natura aūt determinatum est seorsum vnūquodqꝫ. non eñ quoniā ꝯtingit sursuz est. sed vbi fertur ignis ⁊ leue. Similiter aūt ⁊ deorsum. non quia contingit sed vbi habētia grauitatem ⁊ terrena tanqꝫ non potentie solū differentia. sed potentia. Ostendunt autē ⁊ mathematica. Cum eñ non sint in loco. tamē ꝑm positōnem ad nos habent dextra ⁊ sinistra Quare solum est intelligere ipsorum positōnem nō habentia natura horum ⁊ vnūquodqꝫ.

Hic Aresto. determinat de loco ꝑ modum disputatiuū quātum ad questionē an est. ⁊ ṗmo ponit ratões ꝓbantes locum esse. scḋo ponit ratōnes ꝓbantes locum nō esse. ibi. Atuero habet. De ṗmo ponit tres rōnes quarum ṗma est ista. si transmutatio ꝑm locum sit. loc⁹ est. sed transmutatio ꝑm locum est. ergo locus est. Minor est manifesta. Maior ꝓbatur. quia sicut transmutatio ad formam ostendit materiam esse aliquid distinctū a formis. qꝛ materia nunc est sub vna forma ⁊ postea est sub alia forma. ita transmutatio ꝑm locum probat locuz esse aliquid distinctum a locato. ex quo locus quandoqꝫ habet vnum locatum. ⁊ quandoqꝫ aliud locatum.

Tunc ibi. Amplius aūt. Ponitur scḋa ratio. ⁊ stat in hoc. Illud est quod habet passiones reales. sed locus est hmōi. ergo locus est. Maior patꝫ. quia passiones nō possunt esse digniores subiectis. ergo vbi sunt passiones reales oportet subiectum esse reale. Minor probatᷣ. q̄a locus habet attrahere locatum ⁊ habet ipm ꝯseruare. Item in loco sunt spēs ⁊ partes loci. qꝛ diuerse dr̄ñe positionū nō solum distincte quo ad nos. sed etiam ex natura rei. sicut est alia virtus realis ꝯseruatiua leuium que est in loco sursum. ⁊ alia grauium que est in loco deorsum. Et qꝛ posset aliquis dicere ꝙ mathematicalib⁹ attribuatur positio ⁊ locus. ⁊ tamē in mathematicis sunt iste virtutes. quia sunt phisicales. Responet phs ꝙ mathematicalib⁹ attribuitur positio solum quo ad nos. et nō quo ad naturam rei. ⁊ ideo in eis nō sunt dr̄ñtie positionum. que sumunᷣ penes diuersas ꝟtutes phicales

Ar. Si locus haberet attrahere locatum. g̊ locatum moueretᷣ violente ad locum. quod est falsum. Añs ꝓbatur. qꝛ tractio est motus violentus. sicut patet septimo huius. Dōm ꝙ est duplex tractio q̄ꝫtum pro nunc sufficit. quedaꝫ est tractio effectiua. ⁊ illo modo locus nō attrahit locatum. Quod patet duabus rationib⁹. quarum ṗma est. quia si sic. locatum moueretᷣ violēte ad loc⁹. Scḋa. qꝛ tūc idē corp⁹ graue difficili⁹ posset leuari a terra q̄ꝫ i aliq̄ distātia a terra. qꝛ terra q̄ ē locus grauis traheret ad se graue. ⁊ sic difficilius graue ab ea separaretur. Simile est de magnete ⁊ ferro. quia difficilius ferrum separatur a magnete si coniungatur sibi q̄ꝫ in distantia. Alia est tractio in genere cause finalis. quo modo perfectio dicitur trahere suum ꝑfectibile. et sic forma trahit materiam. et eo modo locus trahit locatum. quia locatum perficitur ex hoc ꝙ recipitur in suuz locum. ⁊ talis tractio est maxime naturalis. quia vnumquodqꝫ naturaliter inclinatur ad suum finem ⁊ ꝑfectionem. Et quando dicitur. Quanto graue magis appropinquat suo loco. tanto velocius mouetur. ergo sequitur ꝙ trahatur effectiue a loco ad quem mouetur. Antecedens probatur. quia dicit Arestoteles. ꝙ sit aliquis motus qui est in principio tardior ⁊ in fine velocior. et aliquis qui est in fine tardior et in principio velocior. est etiam aliquis motus qui est in principio tardus ⁊ similiter in fine. sed in medio est velocior. sicut motus animalis. Sed in motu primo qui est naturalis. quanto mobile magis appropinquat suo loco. tanto velocius mouetur. ergo videtur ꝙ trahatur a suo loco effectiue. Dicendum ꝙ illa consequentia nō valet. quia ex hoc non mouetur velocius circa proprium locum quasi trahatur a tali loco. sed ideo. quia in graui descendente confortatur grauitas. ⁊ sic motus fortificatur. Hoc tamē nō est sic intelligendum quasi aliquid addatur ad grauitatem corporis descendentis. sed quia per remotōnem a contrario confortatur grauitas quo ad actum secūduꝫ. ex quo eñ graue circa proprium locum existens coniungitur sue perfectōni. scꝫ loco deorsum. ⁊ elongatur a contrario. scilicꝫ a loco sursum. sic perfectius habet actum grauitatis q̄ꝫ prius.

Notandū Qꝫ differentie positionum sumuntur in rebus diuersimode. vno modo quo ad nos. ⁊ sic assignantur tripliciter. scꝫ per iuxtapositōem. sicut aliqua columna dicitur dextra que ponitur ad dextrum animalis. ⁊ illa columna dicitur sinistra. que ponitur ad sinistrum. Et ꝙ illo modo differentie positionum non sumantur ꝑm naturam rei. patet. quia tales differentie possunt per simplicem motum animalis variari. sicut illa columna que fuit dextra potest fieri sinistra ex hoc ꝙ homo mouetur ad aliud latus. vel ex hoc ꝙ columna transponitur. Secundo per oppositōnem. sicut est de imagine in speculo. quia illa ꝑs imaginis dicitur dextra que opponitur sinistro nostro. et hoc ideo. quia imagines recipiuntur opposito modo in speculis q̄ꝫ inueniuntur in his que representanᷣ in speculis. Tercio per similem positōnem. sicut in statuis et imaginibus. quia in imagine illa manus dicitur dextra que habet similitudinem ad dextram nostram. Alio modo sumuntur ex natura rei ꝑm diuersas reales virtutes existentes in diuersis rebus. vel etiam in diuersis ꝑtibus eiusdem rei. Ibi tamē considerandum ꝙ differēter sumuntur differentie positionum in celo. in vniuerso et in animatis. quia in celo sumuntur ꝑm tres dimensiones acceptas ꝑm diuersas virtutes. quia in polo arctico est alia virtus q̄ꝫ in polo antartico ⁊ in oriente q̄ꝫ in occidente. similiter in aquilone est alia q̄ꝫ in meridie Et ideo ꝑm illas virtutes sunt diuerse differentie positionum in celo ex natura rei distincte. Sed in vniuerso sumuntur sursum ⁊ deorsum penes motum elementorum. qꝛ hoc est sursum quo mouenᷣ leuia. ⁊ hoc deorsum q̊ mouenᷣ grauia. sꝫ manifestū est ꝙ alia ē ꝟtus in loco leuiū. ⁊ alia

in loco grauiū. In aīatis autem sumuntur iste dr̄ie ſm triplicem motum. q2 ſm motum alimēti sumunt sursum et deorsum. hoc em̄ ē sursum in q̄libet aīato vbi sumit nutrimentū. ⁊ hoc ē deorsum vbi emittunt supflua nutrimenti. an̄ aūt ⁊ retro accipiunt ſm motū sensatiōis. quia h̄ est ante vbi vigent sensus. ⁊ hoc retro vbi non vigent. sed dextꝝ ⁊ sinistꝝ sumunt penes localē motū. q2 hoc ē dextrū vñ incipit naturalr̄ motus. ⁊ hoc sinistrū vbi motus naturalr̄ terminat. Ex quo p3 ꝙ in plantis sunt tm̄ due dr̄ie positionū. in animalib9 imꝑfectis quattuor et in ꝑfectis omnes.

Amplius vacuū affirmātes locū dicūt esse. Uacuū em̄ erit vtiq3 locus priuatus corpore. Ex quidem igitur si aliquid locus preter corpa et omne corpus sensibile in loco esse p hoc aliquis concipiet. Uidetur aūt et hesiodus recte dicere faciens primū chaos. Dicit quidē igit oīm primū chaos factū. postea vero terrā lata3 tanq3 indigeret primū esse receptaculū his que sunt, propter qd̄ opinati sunt queādmodū multi. oīa alicubi et in loco esse. Si aūt hmōi est. mirabilis quedā vtiq3 erit potētia loci et prima om̄niū. Sine qua aūt nāq3 aliorū nullū est illud aūt sine alijs necesse est primū esse. Nō em̄ ꝑditur locus his q̄ sunt in eo corruptis.

Hic ponit tercia rō q̄ sumit ex opinionib9 antiquoꝝ et stat in hoc. Uacuū est locus nō repletus corpore. s3 vacuū est. g̃ locus est. Forma em̄ istius argumenti ē bona q̄uis deficiat in materia. q2 minor est falsa ſm veritatem q̄uis sit vera ſm antiquos. valeret em̄ bñ in silī. sortes est hō mortuus. ⁊ hō mortuus est. g̃ sortes est. Et sic ex p̄missis rōnib9 p̄t aliq̄s ɔcipere ꝙ locus sit aliq̄d preter corpus. ⁊ ꝙ oīa corpora sensibilia sint in loco.

Tunc ibi. Uidet aūt. Cōfirmat dictū suū p autoritatem Hesiodi phī q̄ d̄t. ꝙ nō solū locus sit. s3 ꝙ est primum inter oīa corpa. Probat. q2 res ɔstituentes mūdū nō p̄nt reseruari nisi in loco siue in aliquo receptaculo. ⁊ g̃ oportet ponere locū an̄ alias res sicut receptaculū rerum vniuersi. Et si hoc verꝝ sit seq̄tur ꝙ locus nō solum sit. s3 ꝙ habeat mirabilē potentiā q̄ sit p̄ma oīm entium q2 p̄t esse sine alijs ⁊ nō ecōtra qd̄ ex eo ɔuincit. q2 videmus locū remanere destructis locatis. s3 res nō p̄nt eē sine loco.

Atuero habet defectū si est q̄d est. Utrū ē moles quedā corpis. aūt q̄dam altera natura. Querendū est em̄ gen9 primū. distātias quidē igitur habet tres. lōgitudinis latitudinis et profunditatis. quib9 determinatur corpus omne. Impossibile est aūt corpus esse locū. In eodē nāq3 essent duo corpora. Amplius si vere corpis locus est receptaculū manifestū ꝙ et superficiei erit et reliquorū terminoꝝ. Eadē em̄ cōsonat rō. vbi nāq3 prius erat aque planicies. erūt iterum que sunt aeris. Atuero diffīm neq3 vnā habem9 puncti et loci puncti. quare si neq3 ab hoc est locus alterum. neq3 ab aliorū nullo neq3 est aliq̄d preter vnūquodq3 istorum locus

Postq3 phs posuit rōes ad ōndendū ꝙ locus sit. hic ɔñr ponit sex rōnes oppositū ꝓbantes. s. ꝙ locus nō sit. quaꝝ p̄ma stat in hoc. q2 si locus esset. vel eēt aliqd̄ corporale vel incorporale. Nō p̄t dici ꝙ sit aliq̄d incorpale q2 h3 tres dimēsiones. qd̄ est ꝓpriū corpis Nec etiam p̄t dici ꝙ sit aliq̄d corporale. q2 locus ⁊ locatum sunt sil' ſm oēs phos. s3 manifestū est ꝙ locatū est corpus. si g̃ loc9 esset corpus. seq̄ret ꝙ duo corpa essent sil'. qd̄ ē īpossibile

Tunc ibi. Amplius si vere. Ponit scd̄a rō. ⁊ stat in hoc. Sicut se h3 locus puncti ad punctū. ita locus linee ad lineā. ⁊ supficiei ad supficiem. ⁊ corpis ad corpus. sed locus puncti nō est aliud a puncto. g̃ locus supficiei nō erit aliud a supficie. nec locus corpis aliud a corpe. ⁊ sic locus nō erit aliud a corpe locato. ⁊ p ɔñs locus nō est. Maior ē manifesta. Minor ꝓbat. q2 punctū ē q̄d indiuisibile. ⁊ si vnū addat alteri. n̄ p̄t excedere alterꝝ nec cōtinet alterꝝ. q2 ɔtinēs ē mai9 ɔtēto. s3 vnū idiuisibile nō ē mai9 alio. ⁊ g̃ duo indiuisibilia ɔincta nō sunt nisi vnū Et sic eadē rōne locus supficiei non erit aliud a supficie. nec locus corpis erit aliud a corpe. Est tñ ɔsiderādū ꝙ supficies corpis locātis ⁊ locati p̄nt duplr̄ distingui. vno° ex p̄te situs. penes quē mathematicus distinguit res ab inuicē. ⁊ sic supficies corpis locantis ⁊ locati sunt vna supficies. q2 mathematicus abstrahit a materia. et ideo nō distinguit tales q̄ātitates nisi ex p̄te situs. sed supficies corporis locantis ⁊ locati habēt vnum situm. Si em̄ cōparentur ille supficies ad vnum punctum in corpore locato. tunc erit eadem distantia illaꝝ supficieꝝ ab illo puncto. ⁊ hoc est quod dicūt mathematici. ꝙ impossibile est duos circulos equales describi circa idē punctum. cum ergo supficies loci ⁊ locati sint equales non possunt esse due superficies mathematice. Alio modo possunt distingui phisice ⁊ ex p̄te subiectoꝝ. ⁊ tunc sunt due supficies corpis locantis ⁊ locati. q2 supficies locātis est in corpore locante. ⁊ superficies locati est in corpe locato. Et similr̄ potest dici de puncto ⁊ loco pūcti. Est tamē verum ꝙ nō est per om̄ia simile de puncto ⁊ loco eius ⁊ de supficie ⁊ de loco supficiei. q2 supficiei ⁊ corpori debet p se locus. sed puncto nō debet p se locus.

Quid em̄ forte et ponemus esse locū. Neq3 elemētū em̄. neq3 ex elemētis p̄nt esse hmōi habētia naturā neq3 corporeorū neq3 icorporeoꝝ. Magnitudinē q̄dē em̄ h3 loc9. corp9 āt nullū. Adhuc āt sēsibiliū q̄dē corpoꝝ elemēta corpea. Ex itelligibilib9 āt elemētꝭ nulla magnitudo fit

Amplius ⁊ cuius vtiqȝ q̄s ponet his q̄ sunt causam esse locum. Neqȝ em̄ vna causa inest ipi de quattuor. Neqȝ em̄ sicut materia eoꝝ q̄ sunt. Neqȝ ex ipo constituta sunt. Neqȝ sicut species et ratio eorum que sunt. Neqȝ sicut finis. neqȝ sicut mouens ea que sunt

Hic ponit terciā rōem q̄ talis est. Si locus esset. vl' esset elementū vel ex elemētis. sed nullū istoꝝ p̄t dici. ergo locus nō est. Maior manifesta est ꝓm opinionē antiquoꝝ dicentiū oia esse ꝑncipia vel ꝑncipiata. ergo vel elementa vel elemētata. Minor ꝓbat̄. qz tā elementum q̄ȝ hoc qd̄ ē ex elemēt̄ est corpus. qz etiā mixtū est corpus sȝ locus nō p̄t eē corpus. qz alias duo corpa eēnt simul. Etiā elementū est ꝑncipiū corpis. si ergo locus eēt elementū. seq̄retur ꝙ eēt corpus. qz corpus nō ꝯstituit̄ ex nō corporibus. Tūc ibi. Amplius ⁊ cuius. Ponit̄ quarta rō. et stat in hoc. om̄e qd̄ est. est aliquo mō cā alterius. sȝ locus nō est cā alterius ꝓm aliquē quattuor modoꝝ. ergo locꝰ nō est. Minor pȝ inductiue. qz locus nō p̄t esse cā sicut materia. qz si locus esset materia res ꝯstituerent̄ ex loco. cōstituit̄ em̄ aliq̄d ex materia. vt patuit ꝑmo huiꝰ. Nec p̄t dici cā sicut forma. qz forma dat spēm. ⁊ sic seq̄ret̄ ꝙ illa q̄ sunt in vno loco essent vnius spēi. ⁊ q̄n res mutaret locum mutaret etiā spēm. Nec p̄t dici cā finalis. qz locus videt̄ magis esse ꝓpter locata q̄ȝ ecōtra. ⁊ sic locata erūt finis locoꝝ. Nec est cā sicut efficiens. qz cā efficiens est ꝑncipiū motꝰ. sȝ locꝰ ē terminꝰ motus. ergo locus nihil est

Amplius ⁊ ipe si est aliq̄d eoꝝ q̄ sunt alicubi erit. zenonis em̄ opinio q̄rit quādā rōem. Sinā qȝ om̄e qd̄ est in loco est. manifestū q̄m ⁊ loci locus erit. ⁊ hoc in infinitū ꝓcedet. Ampliꝰ sicut om̄e corpus in loco ē. sic ⁊ in om̄i loco corpus. Quō igit̄ dicemus de his q̄ augmentant̄. Necesse est ex his sim̄ augmētari locū cum ipis. neqȝ em̄ minor neqȝ maior locus est vnicuiqȝ. Per hoc q̄dem igitur solum quid est. sed etiam si est dubitare necesse est.

Hic ꝯn̄r ponit̄ q̄nta rō ⁊ stat in hoc. qz ꝓm autoritatem ipius zenonis. om̄e qd̄ est in loco est. si ergo locꝰ sit tūc locus erit in loco. sȝ hoc est impossibile. qz eēt ꝓcessus in infinitū. oīs em̄ locus haberet locū in infinitū. ⁊ ꝑ ꝯn̄s locus nō est. Tunc ibi. Amplius sicut. Ponit̄ sexta rō et stat in hoc. si locus esset. tunc locꝰ cresceret ⁊ decresceret ⁊ sic fieret maior ⁊ minor. sed hoc est īpossibile. ergo locus nō est. Maior pȝ. qz locus est semꝑ equalis locato sȝ q̄n qȝ locatū crescit. ergo etiā locus crescit. Minor ꝓbat̄. qz locus est aliquid īmobile. ergo ipm crescere vel decrescere est impossibile. Et vltimo epilogat ꝙ ꝑ hmōi ratōes nō solū dubitat̄ q̄d sit locus. sed etiā an sit. hmōi aūt rōnes soluent̄ ꝑ ea q̄ sequentur.

Nr. Vtrꝫ locus crescat cū locato. Dōm ꝙ dupliciter aliq̄d crescit. vnoꝰ ꝑ se. ⁊ sic solū corpꝰ crescit qd̄ extenditur ad maiores dimensiones. ⁊ sic locus cresceret si ꝓcaret tres dimensiones sepatas sicut dicebant antiq̄. Alioꝰ crescit aliq̄d ꝑ accn̄s. qz scȝ accipit ꝑ accn̄s maiores dimēsiones. Et sic locꝰ crescit crescēte locato. qz oportet locū extēdi cū suo locato. ⁊ hoc fit per cessionem. qz oportet ꝙ corpus locans cedat corpori locato. ⁊ sic ꝑ accidens crescit locus

q Voniā aūt aliud q̄dem ꝓm se aliud vero ꝓm aliud dicitur. simil'r ⁊ locus Aliꝰ q̄dem cōmunis. in quo om̄ia corpa sunt. Aliꝰ vero ꝓprius in quo ꝑmo. Dico aūt q̄m tū nunc in celo es qz in aere. Hic aūt in celo ⁊ in aere qz in terra simil'r aūt ⁊ in hac quia in hoc loco q̄ cōtinet nihil plus q̄ȝ te. Sic igitur est locus primum ꝯtinens vnū quodqȝ corpoꝝ terminus q̄dem vtiqȝ erit. Quare videtur species ⁊ forma vniuscuiusqȝ locus esse quo determinatur magnitudo ⁊ materia magnitudinis. Hec em̄ est vniuscuiusqȝ terminus. Sic q̄dem igitur ꝯsiderantibꝫ locus vniuscuiusqȝ species est

Postq̄ȝ Aresto. inq̄siuit disputatiue an locus sit. hic inq̄rit q̄d sit. Et circa hoc duo facit. qz ꝑmo ponit rōnes ad ostendendū locū esse formā vel materiam. Scd̄o ponit rōnes in ꝯtrarium. ibi. Atuero ꝙ impossibile. Circa ꝑmum ponit ꝑmo rōnem ꝓbantiū ꝙ locus sit forma et stat rō in hoc. locus ꝓprius q̄ est locus ꝑ se est terminus. sed forma est terminus ergo locus est forma. Pro declaratōe maioris dr̄. ꝙ sicut ens diuidit̄ in ens ꝑ se et in ens ꝑ accn̄s. ita etiam locus diuidit̄ in locū ꝑ se ⁊ ꝑ accidens. ꝑ se dr̄ q̄ adequate ꝯtinet locatū. ⁊ ille est terminꝰ sicut dictū est Sed est ꝯsiderandū ꝙ in isto argumento cōmittunt̄ tres fallacie. scȝ equocatōnis. accn̄tis ⁊ implicite ꝯsequentis Equocatōnis. qz ista dictio terminꝰ equocatur. Terminus em̄ accipitur dupl'r. vno mō pro termino cōmensuratiuo. ⁊ sic capitur in ꝑma ꝓpōne cuȝ dr̄ locus est terminus. ⁊ eo modo vas dr̄ terminus vini. ⁊ modius terminus tritici. Alio modo accipitur terminus pro termino essentiali q̄ terminat materiā ad aliquam spēm. ⁊ sic forma substantialis dr̄ terminus. quia ponit materiam in specie. Scd̄o est ibi fallacia accidentis. qz arguit̄ ex puris affirmatiuis in scd̄a figura. Tercio est ibi fallacia ꝯsequentis. qz arguitur virtual'r a positōne ꝯsequentis ad positōem an̄cedent̄. sic scȝ si aliq̄d est locus ipm est terminus. ergo si est terminus ipm est locus. sed hoc nō valet. Et q̄n dr̄. locus est accn̄s. ergo locus erit forma. Dōm ꝙ antiq̄ volebant ꝓbare ꝙ locus esset forma substantialis. ⁊ contra hoc proceditur inferius in textu.

Scd̄m autē ꝙ videtur esse locus distantia magnitudinis materia. Hec nanqȝ altera est a

magnitudine Hec aũt est ɔtenta sub spē ⁊ defi-nita. sicut sub plano ⁊ termino. Est autē hmõi materia ⁊ fininitũ Cum eñ remoueanť termi-ni ⁊ passiones ⁊ spēs relinqͣtur nihil pter mate-riam. Unde ⁊ Plato materiã ⁊ locum dt esse idem in thimeo Receptm̃ eñ ⁊ locum vnum ⁊ idem dt Alio vero modo idem dicens receptm̃ et in dictis nõ scriptis dogmatibꝫ tñ locum et receptiuum idem retulit Dicunt qͣdem eñ oēs esse aliqͩ locum. Quid aũt est hic solus conatꝰ est dicere Merito aũt ex his intendentibus videť vtiqꝫ difficile cognoscere quid est locus. siqͣdem horꝝ quodcũqꝫ est sine materia. siue spe-cies. Hec eñ altissimã habent speculatõem. et sibi inuicem nõ facile est cognoscere ipa.

Cõsequenter ponit rõnem Platonis p quã sibi vi-debať ꝙ locus esset materia. volebat eñ sic syllogisare. locus est qͦdã receptaculũ idetermiatũ. ⁊ materia ē qͦ-dam receptaculũ indeterminatũ. g̊ locꝰ est materia Maior ptꝫ. qꝛ si capiať locus p distantia sepata a magnitu-dine. i. p tribꝫ dimensionibꝫ sepatis a corpe. tunc talis lo-cus est indeterminatus ad quelibet corpa. qꝛ pñt multa corpa recipi successiue in illas dimensiones sicut distan-tia q̃ est inter ptes vnius vasis. qñqꝫ pt recipere vnũ li-quorem ⁊ qñqꝫ aliũ. Addit tñ Aresto. ꝙ de receptiuo differenter loquutus est Plato in quodã libro q̃ voca-batur thimeus ⁊ in doctrina sua quã verbotenus dedit qꝛ in thimeo dixit materiã esse illud receptm̃. sed in do-gmatibꝫ suis dixit esse magnũ ⁊ puũ. Potest tñ dictorũ suorꝝ eē ɔcordia. qꝛ magnũ ⁊ puũ etiã tenent se ex parte materie. ⁊ g̊ nõ refert qͦ illorꝝ ponať ſm eũ. qꝛ sp sequiť ꝙ illud receptm̃ ⁊ locus sint idē. Sic igiť cũ multi dice-rent locũ esse aliqͩ. solus Plato conatꝰ est assignare qͩ sit locus Est tñ ɔsiderandũ ꝙ in eius argumēto etiã cõmittunť tres fallacie virtualr sicut in argumento de forma. Cõmittiť eñ fallacia equocatõis in ista dictõe re-ceptaculũ. qꝛ materia est receptaculũ forme essentialis. qꝛ facit cũ forma vnã essentiã totius. sicut corpus recipit aiam ⁊ faciunt vnũ ens. s. hoiem. ſꝫ locus ſm veritatem recipit locatũ ſm localē circũscriptiõem q̃ est extrinseca recepto. Scͩa est fallacia accñtis. qꝛ arguiť ex purꝭ affir-matiuis in scͩa figura. Tercia est fallacia ɔsequentꝭ. qꝛ arguiť virtualr a positõne ɔñtis ad positõnem añtis. sic scꝫ. si aliqͩ sit locus ipm est receptaculũ. ergo si ipm ē re-ceptaculũ ipm est locus. sed sic debuisset arguisse. si ipm nõ est receptaculũ. ipm nõ est locus Tunc ibi. Meri-to autem. Infert vnum correlarium ex predictis opi-nionibꝫ. Et vult. si locus sit materia vel forma. tunc diffi-cile erit cognoscere qͩ sit locus. qꝛ materia ⁊ forma ha-bent altissimã ⁊ difficilē speculatõem ⁊ nõ est facile co-gnoscere vnũ eorꝝ sine altero. Cuius rõ est. qꝛ vnum-qͦdqꝫ cognosciť ſm ꝙ est in actu. qꝛ sic pt mouere poten-tiam vt ipm cognoscat. sed nec materia nec forma natu-ralis habent per se ⁊ seorsum esse in actu. ergo difficul-ter cognoscũtur.

Atuero ꝙ impossibile sit qͦlibet horꝝ eē lo-cum nõ difficile videre. Spēs qͣdem eñ ⁊ ma-teria nõ sepanť a re locũ aũt ɔtingit In quo nāqꝫ aqua erat. in hoc iterꝝ aer. sicut diximus pus fit trãsmutatis ad inuicē aereqꝫ ⁊ aqua ⁊ alijs cor-poribꝫ similr. quare neqꝫ ps neqꝫ habitus. sed se-parabilis est locus ab vnoquoqꝫ Et videť eñ hmõi aliqͩ esse locus ⁊ vas. Etenĩ vas locus transmutabilis. vas aũt nihil rei. ſm qͣdem igiť ꝙ sepabilis est a re sic qͣdem nõ est spēs. ſm aũt ꝙ ɔtinet sic qͣdem alterꝝ a materia. Videť aũt sp qͦ est alicubi ipm esse aliqͩ. ⁊ alterꝝ aliqͩ ex-tra ipm Platoni igiť dicendũ est. si optꝫ trãs-gredientes dicere. q̃re nõ in loco spēs ⁊ nume-ri sunt. ⁊ hoc si vere pticipatiuũ est locus siue magno ⁊ paruo existente pticipatiuo sine mate-ria. vt in thimeo scripsit Amplius quõ ferrē-tur in sui locum si locus esset materia aut spēs: impossibile est eñ cuius nõ est motus neqꝫ sur-sum aut deorsum locum esse. Quare queren-dus in huiuscemodi locus est. Si autem in ip-so locus est. oportet eñ siquidē aut forma aut materia ē. erit locus in loco. Transmutanť eñ simul cũ re ⁊ mouenť. ⁊ species ⁊ infinitum non semp in eodē sed vbi vtiqꝫ res quare loci erit lo-cus. Amplius cum ex aere fit aqua perditus est locus si quidem spēi inerat Non eñ in eodē quod fit corpus Que igiť corruptio ex quibus igiť necessariũ est locũ esse aliqͩ. ⁊ iterꝝ ex qͣbus vtiqꝫ dubitabit aliqͥs de suba ipius dictum est.

Hic ponit qͣnqꝫ rões in ɔriũ. s. ꝙ locꝰ nec ē materia nec forma. Quarꝝ pma stat in h̃. materia ⁊ forma nõ se-paranť a re cuiꝰ sunt materia ⁊ forma. qꝛ sunt ptes essen-tiales totius in quo sunt. nihil eñ sepatur a sua essentia. sed locus pt separi a suo locato. qꝛ locus cõpatur ad lo-catum sicut vas ad vasatum. sed potest vas separari a vasato. ergo etiam locus a locato. ⁊ per ɔsequens locus nõ est forma. nec materia. Et hoc idem patet speciali-ter de materia. quia locus continet locatum. ſꝫ materia

non continet immo ꝯtinetur. ergo locus nõ est materia Tunc ibi. Videtur aũt. Ponitur scd̃a rõ q̃ ꝓbat ꝙ locus nõ sit materia vel forma. ꝑ hoc ꝙ locus separatur a locato. et stat rõ in hoc. locus est extra locatũ. qꝛ locatũ mouetur in loco. ſꝫ id in quo aliq̃d mouetur est extra illud qđ in ipo mouetur. ſꝫ materia ⁊ forma nõ sunt extra rem cuius sunt materia ⁊ forma. ergo materia ⁊ forma nõ sunt locus

Tunc ibi. Platoni igitur. Ponitur tercia rõ q̃ est spēaliter ꝯtra Platone q̃ posuit locũ eē materiam. ⁊ iterũ posuit ydeas ꝑticipari. siue a materia siue a magno ⁊ paruo Tunc sic arguitur ꝯtra eũ. oĩe ꝑticipatũ est in ꝑticipante ſꝫ ſm Platonẽ ydee ꝑticipantur a materia. g° sunt in materia. Sꝫ hoc est ꝯtra suã positõem ⁊ opinionẽ q̃ dixit ꝙ ydee nusq̃ sunt. g° nõ pt̃ dici ꝙ materia sit loc⁹ Tunc ibi. Ampli⁹ quõ. Ponitur quarta rõ ⁊ stat in hoc. si materia ⁊ forma sint locus. g° locus erit in loco. qđ est incõueniens ꝓbatur qꝛ oẽ qđ transmutatur ſm locũ est in loco. q̇a in illis q̄rendus est locus q̃ mutantur ſm locũ. ſꝫ materia et forma transmutantur ſm locũ. qꝛ qñ totũ mutatur etiã ꝑtes eius mutantur. ⁊ ꝑ ꝯñs sunt in loco. ⁊ si sint locus. g° locus erit in loco. Tunc ibi. Ampli⁹ cũ. Ponitur q̇nta rõ q̃ stat in hoc. si locus eēt forma. g° corrupto vno corrumperetur alterũ. ſꝫ hoc est falsum. qꝛ forma qñq̃ corrũpitur et locus nõ corrũpitur. qꝛ aliq̃ res pt̃ manere in suo loco et corrũpi. ⁊ aliq̃ res pt̃ mutare suũ locũ ⁊ non corrũpi. qđ tñ fieri nõ posset si locus esset forma. Ultimo epilogat qđ dictũ est. ꝑ q̃ videtur necessariũ eē ꝙ sit locus ⁊ ꝑ q̃ aliq̇s pt̃ dubitare de suba eius.

P Ost hoc autẽ accipiendũ est quot modis aliud in alio đr. Uno q̇dem igitur mõ sicut digitus in manu. ⁊ om̃ino ꝑs in toto est. Alio vero sicut totũ in partibꝫ non enĩ pter ꝑtes est totũ. Alio mõ sicut hõ in aĩali ⁊ om̃ino sicut spẽs in genere. Alio vero sicut gen⁹ in spẽ. et om̃ino ꝑs spẽi in spẽi ratõne Adhuc sicut sanitas in calidis ⁊ frigidis. ⁊ om̃ino spẽs in materia. Adhuc sicut in rege q̃ grecorũ. ⁊ omnino motũ in ṗmo motiuo. Amplius sicut in optimo ⁊ om̃ino in fine. Hoc aũt est cuius causa fit Omniũ aũt maxime ꝓprium est sicut in vase. et omnino sicut in loco.

Postq̃ Aresto. inquisiuit disputatiue an locus sit et q̇d sit. hic ꝯñr accedit ad determinandũ veritatẽ. Et ṗmo q̄dã ṗmittit q̃ sunt necessaria ad ꝯsideratõem veritatis. Scđo determinat veritatẽ. ibi. Quid autẽ forte. Circa ṗmũ tria facit. ṗmo oñdit quot modis đr aliq̃d esse in loco. Scđo inq̇rit vtrũ aliq̃d possit eẽ in seipo. ibi Dubitabit aũt. Tercio soluit q̄dam ṗus dubitata. ibi. Qꝫ aũt zeno. Ponit g° octo modos q̇bꝫ aliq̃d đr eẽ in aliquo. q̇rũ ṗmus est sicut ꝑs đr esse in toto. vt digitus in manu. ⁊ manus in brachio. ⁊ brachiũ in hoĩe. Secũdus modus est sicut totũ est in ꝑtibꝫ integralibꝫ. quõ dom⁹ ẽ in parietibꝫ tecto ⁊ fundamẽto. Tercius est. sicut spẽs est in genere. vt hõ in aĩali. Quartus. sicut genus in spẽ vel etiã ꝑtes definitiue spẽi sunt in spẽ. ⁊ sic aĩal ⁊ rõnale sunt in hoĩe. Quintus est sicut forma est in materia siue sit subalis siue accñtalis. Sicut sanitas đr esse in calidis ⁊ frigidis q̇rũ ꝯtẽperantia ꝯstituit sanitatẽ ⁊ vl'r oĩs forma est isto mõ in materia. Sextus est q̇ effectus cause efficientis est in cã efficiente. sicut res grecorũ dicuntur esse in rege grecie. ⁊ vl'r oẽ qđ mouetur est in ipo mouente. Septimus est sicut aliq̃d est in quodã optimo diligibili ⁊ vl'r sicut in suo fine. vt cor amãtis vel appetit⁹ amãtis đr eẽ in amato. Octauus est. q̇ vasatũ est in vase. et vl'r sicut locatũ in loco. Et ſm hunc modũ maxime proprie đr aliq̃d eẽ in aliq̇. qꝛ in eo hꝫ q̇etẽ ⁊ fixionẽ

Dñ. Que sit sufficientia istorũ modorũ essendi in. Dõm ꝙ ista. qꝛ oĩs modus essendi in. vel sumitur penes formam ⁊ materiam. aut penes continens et ꝯtentũ. vel penes cãm ⁊ causatũ. Si ṗmũ sic est q̇ntus modus ſm quẽ forma est in materia. Si penes cõtinens ⁊ ꝯtentũ. hoc est dupl'r. qꝛ vel ꝯtentũ est sepatũ. et sic est octauus modus. Vel ꝯiunctũ. ⁊ hoc dupl'r. qꝛ aut ibi est ꝯtinẽtia realis. ⁊ sic sunt duo ṗmi modi. Vel est ꝯtinẽtia rõis. ⁊ sic sunt duo aliĳ modi. qꝛ gen⁹ ⁊ spẽs ꝯtinent se ſm rõnem. Si sumitur penes cãm ⁊ causatum hoc est dupl'r. qꝛ vel sumitur ſm cãm efficientẽ. ⁊ sic ẽ sext⁹ modus. aut penes cãm finalẽ. ⁊ sic est septimus modus

Notandũ Qꝫ ista diuisio in octo modos essendi in est analogi in sua analogata. qꝛ ipm diuisum đr ṗus de octauo mõ. q̇ aliq̃d ẽ in alio sicut in loco Cuius rõ est. qꝛ ad hoc ꝙ aliq̃d sit in alio ꝓprie req̇runtur duo Primũ est ꝙ ꝯtineatur ꝓprie in eo. et ꝓpter hoc sextus ⁊ septimus modi sunt imꝑfecti. q̇a effectus ꝓprie nõ ꝯtinetur in sua cã. Scđo. ꝙ sit ab eo distinctũ. qꝛ idẽ nõ est ꝓprie in seipo. ⁊ ꝓpter hoc aliĳ modi sunt imꝑfecti. qꝛ in ipis nõ est distinctio siue distantia illius qđ ꝯtinet ab eo ⁊ qđ ꝯtinetur. Et qꝛ iste ꝯditões reperiuntur in vltimo modo. ergo ipe est ꝑfectissimus. ⁊ deinde post octauum ꝑfectior modus est. quo totum integrale est in suis ꝑtibꝫ. ⁊ ꝑs in toto. Deinde seq̇tur modus quo genus est in spẽ ⁊ spẽs in genere. Deinde modus quo est accidens in subiecto. postea ponitur iste quo effectus est in sua causa efficiente. ⁊ vltimo seq̇tur mod⁹ quo aliq̃d est in suo fine. qꝛ isti duo vltimi modi sunt virtuales ⁊ nõ actuales. qꝛ effectus cause efficientis ⁊ effectus cause finalis sunt solum in suis causis virtualiter ⁊ non actualiter.

Ar. Locus est in aliquo sicut forma. g° hꝫ habitudinẽ ad q̇ntum modũ ⁊ nõ octauũ. Dõm ꝙ locus pt̃ ad duo cõꝑari. ṗmo ad corpus locans. ⁊ ad hoc cõparatur sicut forma ad materiã. qꝛ corpus locans est subiectũ suꝑficiei locantis q̃ est locus. Alio mõ comparatur locus ad corpus locatum. ⁊ sic locatum inest loco ſm octauum modũ. Potest tamẽ dici ꝙ si locus accipiatur grã virtutis ꝯseruatiue. tunc etiam locus potest esse in locato sicut in subiecto. qꝛ talis virtus ꝯseruatiua penetrat locatum ꝯseruando ipm

Ar. Videtur ꝙ sint plures modi essendi i q̃ octo Probatur. quia aliquid est in alio sicut in tempore. etiam aliquid est in aliquo sicut in signo. ⁊ isti modi essendi in non ponuntur in textu. Dicendũ ꝙ isti

duo modi comprehenduntur sub alijs. qꝛ ſm doctorem ſanctum modus quo aliquid eſt in tēpore reducitur ad octauū modum. quo aliquid eſt in alio ſicut in loco. et h̄ ideo. quia ſicut locus eſt menſura mobilis. ita temp⁹ eſt menſura motus. ⁊ ideo octauus modus ſcāt aliquid eē in alio ſicut in menſura extrinſeca. Et hoc eſt commune rei temporali in ordine ad tempus. ⁊ rei locate in ordine ad locū. Modus āt eſſendi ī q̊ aliq̄d ē in alio ſicut in ſigno nō ē ꝓprie loquēdo modus eſſendi in. ſꝫ ꝓpter q̄ndam analogiā poſſet reduci ad q̄ntū modū. quo aliquid eſt in alio ſicut accidens in ſubiecto. qꝛ accidens debet eſſe ſubiecto ꝓportionatum.

Dubitabit aūt aliquis, vtrū vnum et idem aliquid eſſe in ſeipſo cōtingit aut nihil. ſed omnia aut nuſquam aut in alio eſſe. Dupliciter āt hoc eſt. aut ſm ſe aut ſm alterum. Cū enim ſint quedā partes totius. et hoc in illis et illa in hoc dicetur totum in ſeipſo eſſe. Dicitur aūt et ſm partes vt albū quia ſupficies alba. et ſciens qꝛ ratiocinatiuū. Amphora quidē igitur non erit in ſeipſa neq̧ vinū. vini aūt amphora erit. Qđ nāq̧ eſt in alio et in quo eſt vtraq̧ euiſdem partes ſunt idem. Sic quidem igit̄ cōtingit quidē aliquid eſſe in ſeipſo

Hic Ariſto. ſcđo circa p̄dicta mouet vnā dubitatōnem ⁊ ē iſta. vtrū idē poſſet eſſe in ſeipō. vel nihil. ſed oīa vel nuſq̄ ſint vel ſint in aliq̊ alio. Et moueт̄ hic iſta dubitatio ꝓpter duo. p̄mo vt explicent̄ modi eſſendi in. Secūdo ad intelligendū dictū Anaxagore. q̊ dixit de infinito ꝙ fulciret ſeipm̄. ⁊ ſic infinitū eſſet in ſeipō. Soluit g̊ Ariſto. hanc queſtionē dicēs. ꝙ aliq̄d eē in ſeipō p̄t intelligi duplr̄. vno° p̄mo ⁊ ꝑ ſe. i. ſm totū ⁊ grā ſui. ⁊ ſic ē impoſſibile idē eē in ſeipō. Alio° p̄t intelligi idē eē in ſeipō ſm alterū ⁊ ſm ptē. ⁊ ſic idē p̄t eē in ſeipō. ⁊ hoc iō. qꝛ ꝯtingit q̄nq̧ ꝙ aliqđ totū hꝫ duas ptes. quarū vnaq̧q̧ recipit denoīatōem totius ⁊ tunc ꝯtingit hoc totū grā vnius ptis eſſe in ſeipō grā alterius. Exempli grā. ſi accipiat̄ amphora plena vino ſicut qđdā totū cuius ptes ſunt amphora ⁊ vinū. ibi neutra ptiū eius erit in ſeipſa id eſt neq̧ amphora neq̧ vinum. ſꝫ hoc totū. ſ. amphora vini erit in ſeipa inq̄ntū vtrūq̧ ē ps eius. ſ. ⁊ vinū qđ eſt in amphora. ⁊ amphora in qua eſt vinū. ꝑ hunc igit̄ modū ꝯtingit aliquod idē eſſe in ſeipō.

Primū autē non contingit, vt albū in corpe ſupficies em̄ in corpe. ſcia aūt in aīa. ſm hec aūt ſunt appellatiōes cum ptes ſint ſicut in homine. Amphora aūt et vinū cū ſeorſum ſint non ptes. Simul aūt cū ſint prope quod ſint partes erit idem in ſeipſo. vt albū in hoīe. q̄m in corpe et in hoc q̄m in ſupficie. In hoc autem non amplius q̄m ſm aliud eſt. et altera ſpecie hec ſunt et alteram naturā habet vnūquodq̧. et potentiam ſuperficieſq̧ et album. Neq̧ igitur inductiue conſiderantib⁹ nihil in ſeipſo videmus ſm nullum determinatorum modorū. Et ratione manifeſtū eſt qꝛ impoſſibile eſt. Oportet enim vtraq̧ vtrūq̧ eſſe. vt amphorā vaſq̧ et vinum eſſe. Vinū autem vinū et amphorā. ſi vere primum cōtingit ⁊ ip̄m in ſeipō. ꝙ ſi q̊dē maxime in alterutris eſſent. amphora q̊dē acciperet vinum nō ſm ꝙ vinū. ſꝫ inquantū illa. Et vinum inerit in amphora. nō inq̄ntū amphora ip̄a ſed ſm ꝙ eſt illud amphore. Scđm q̊dē igit̄ ꝙ alterum ſit manifeſtū eſt. Alia nāq̧ eſt ratio eius qđ in quo. ⁊ alia illius q̊ in hoc. At vero neq̧ ſm accn̄s ꝯtingit. ſil' em̄ duo corpora in eodem erunt. Ipſaq̧ em̄ amphora in ſeipa erit. ſi cui⁹ natura receptiua eſt. hoc ꝯtingit in ſeipō eē. Et adhuc illud cuius receptio eſt vt ſi vini vinum. Et q̊dem igitur impoſſibile ſit aliquid in ſeipſo eſſe primo manifeſtum eſt.

Hic ꝯn̄r exponit Ariſto. mēbra poſita in ſolutōe dubitatōis p̄dicte. ⁊ oſtendit p̄mo q̊d ſit aliq̄d eſſe primo in ſeipō qđ declarat ꝑ oppoſitū. ſ. vbi aliq̄d nō repit̄ eſſe p̄mo in alio. Et đt ꝙ albū nō eſt p̄mo in corpe. ſꝫ eſt primo in ſupficie. ⁊ ſcia nō eſt p̄mo in homie. ſed eſt p̄mo in aīa. Ex quo ſumit̄ ꝙ eſſe p̄mo in alio eſt ſm totū eſſe in eo. ſic aūt ſcia nō eſt in hoīe. qꝛ ſcia nō eſt in toto hoīe. ſed in aīa. Ex quo vlterius manifeſtat. ꝙ nō p̄t aliq̄d p̄mo eē in ſeipō. nec ꝑ ſe nec ꝑ accn̄s. Primū ꝓbat inductōne ⁊ rōne. Inductōe ꝑ modos eſſendi in. qꝛ neq̧ totū eſt totum ſuīp̄ius. neq̧ ps eſt ps ſuīp̄ius. neq̧ aīal eſt gen⁹ ſuīp̄ius. neq̧ ſpēs ſuīp̄ius. Rōne ſic. ſi aliq̄d eſſet in ſeipō p̄mo. tunc idem ꝯtineret ſeip̄m, qđ ē īpoſſibile. Prima ps pꝫ. qꝛ quicq̄d eſt in alio ſicut in loco ꝯtinet̄ ab eo. g̊ ſi idē ſit in ſeipō ſeq̄tur ꝙ idē ꝯtineat ſeip̄m. Scđa ps ꝓbat̄. qꝛ ꝯtinens locale circūſcribit ꝯtentū. ſed idē nō p̄t circūſcribere ſeip̄m. g̊ impoſſibile eſt idem eſſe in ſeipſo. Itē ſeq̄ret̄ ꝙ idē eēt vas ⁊ vinum ex hoc em̄ aliq̄d ē vas qꝛ circūſcribit vel ꝯtinet. ſi g̊ idē ſit ꝯtinens ⁊ ꝯtentū. g̊ idē erit vas ⁊ vaſatū. Tūc ibi. At vero neq̧ Probat Ariſto. ꝙ aliq̄d nō p̄t eē in ſeipō p̄° ꝑ accn̄s. Circa qđ ſciēdū ē ꝙ aliq̄d eē in ſeipō p̄° ē aliq̄d eē ī ſeipō ſm totū. et aliq̄d eſſe in ſeipō ꝑ ſe eſt aliquid eē in ſeipō gratia ſui. et nō gratia alterius. Sed aliquid eſſe in ſeipō per accidens eſt aliquid eſſe in ſeipō gratia alterius. Probat g̊ Ariſto. ꝙ idē nō poteſt eſſe in ſeipō p̄mo ꝑ accidens id

est ẜm se totū ⁊ gratia alterius. sicut si diceremus ꝙ amphora vini accipiendo eā ẜm se totaꝫ esset in seipsa gratia vasis in quo ↄtinentur localiter amphora cū vino. quia tūc opteret h̄ vas esse in amphora vini simul cuꝫ vino et amphora. Probat ergo Aresto. hoc esse impossibile. qꝛ esset manifesta penetratio dimensionum. qꝛ maius nō potest esse in minori absqꝫ penetratiōe dimensionū. sed vas in quo est amphora vini cuꝫ vino est maius amphora. ergo nō p̄t esse vas in amphora vini ꝑmo ꝑ accidens

¶ Ex aūt zeno opposuit. qꝛ si locus est aliquid in aliquo erit. soluere nō est difficile. Nihil enī ꝓhibet in alio esse primo locū. non tn̄ in illo sicut in loco. sed sicut sanitas quidem in calidis ⁊ humidis. aut est sicut calor in corpore passio Quare nō necesse est in infinitū abire. Illud aūt manifestū. qm̄ nihil est vas eius qđ est in ipso. Alterū enī primo ⁊ quod est. ⁊ in quo est. propter qđ nō erit vtiqꝫ neqꝫ materia neqꝫ species loci. sed alterum illius enī aliquid existentis materia et forma. Hec quidem igitur sicut oppositū

¶ Hic phs tercio ex modis essendi in. soluit rōnem zenonis prius positā. que fuit ꝙ si locus est tunc locus erit in loco. ⁊ sic iretur in infinitū. Soluit Aresto. ꝙ nō oportet dicere si locus est ꝙ sit in alio sicut in loco. sed loc⁹ est in alio sicut accidēs in subiecto. qꝛ locus est accidēs corporis locātis. qꝛ est supficies. ⁊ ideo est in corpore locāte sicut in subiecto. Sicut sanitas est in calidis ⁊ humidis et calor in corpore vt passio vel accidens. quare nō est necesse ꝙ ꝓcedatur in infinitū. ¶ Tūc ibi. Illud aūt. Cōcludit phus ꝙ locus sit sicut vas ↄtinens ⁊ ꝙ nihil continet seipsum totum. Ex quo elicitur ꝙ materia ⁊ forma nō sunt locus. cum nō ↄtineant extrinsece. Ultimo concludit ꝙ supra dicta ꝑ modū oppositōis sunt dicta. quarū quidem oppositionū alique iam solute sunt. alique vero soluentur post manifestatā naturā loci

Querit Utrū idē possit esse in seipso ¶ Dicendū ꝙ aliquid esse in seipso p̄t dupliciter intelligi. vno mō negatiue. qꝛ nō est in alio. ⁊ sic substantia dicit̄ esse in seipsa. qꝛ nō est in alio. Alio mō aliquid intelligit̄ esse in seipso affirmatiue. ⁊ tūc accipit̄ esse in seipso ẜm octauū modū. Et sic iterū aliquid esse in seipso potest dupl'r intelligi. vno mō ꝑmo ⁊ ẜm totū. ⁊ sic nō potest aliquid esse in seipso. qꝛ nec ꝑmo ꝑ se nec primo ꝑ accidens. vt ꝓbatum est circa textū. Alio mō aliquid intelligit̄ esse in seipso nō ꝑmo. sed ẜm partē. ⁊ sic aliquid potest dici esse in seipso. qꝛ si aliqua res habeat duas partes quarū vnaqueqꝫ habet denoīatōem totius. tūc ideꝫ potest dici esse in seipso. ꝓpter illas duas partes quaruꝫ vna est ↄtinens ⁊ alia ↄtenta. sic ꝙ ↄtenta sit in ↄtinente sicut dicimus ꝙ vasculū vini sit in vasculo vini. qꝛ vinuꝫ est in vasculo

Ar. Totū et partes sunt idem. sed partes sunt in toto. ergo idem poterit esse in seipo ¶ Dōm ꝙ in omnibus modis essendi in oportet ↄsiderare vnitatē ⁊ distinctōem. ⁊ sic eo modo quo aliqua sunt eadem. sic nō sunt in se inuicē. sed eo mō quo habent distinctionem possunt dici esse in se inuicem. Exempli gratia. genus ⁊ spēs sunt eadē ẜm rem. ⁊ ideo vt sic genus nō est in specie sed genus est spēs. sed qꝛ distinguūtur ẜm rōnē. ideo dicitur ꝙ genus sit in speciebꝫ. Et sic etiā dicimus totū esse in suis partibꝫ ⁊ econtra. inqꝫtum scꝫ partes habent aliquā distinctōem ↄtra totū. ⁊ sic infra etiā dicet̄ de celo ꝙ sit in suis partibꝫ localiter analogice. ⁊ nō ꝓprie.

Quid autē forte sit locus. sic fiet vtiqꝫ manifestum. accipiamus aūt de ipso quecūqꝫ videntur vere ẜm ipm̄ inesse ipsi. Significamus igitur locū esse primū. qđ ↄtinet illud cuius est locus ⁊ nihil esse rei. Ampli⁹ primū neqꝫ maiorem neqꝫ minorē esse. adhuc autē neqꝫ deficere vnicuiqꝫ ⁊ separabilē esse. adhuc aūt omnē locum habere sursum ⁊ deorsum. ⁊ ferri natura. et manere vnūquodqꝫ corporū in ꝓprijs locis. hoc aūt facere aut sursum aut deorsuꝫ. Suppositis aūt his reliqua ↄsideranda

Premissa disputatione de loco an sit et quid sit. ⁊ solutis quibusdā dubitatōibꝫ. hic accedit ad determinādā veritatē de loco. Et circa hoc duo facit. primo premittit aliquā que valent ad cognoscendū locū. Secundo inuestigat particulas diffinitiōis loci. ibi. Iam igit̄. Circa primū tria facit. primo ꝑmittit quatuor suppositiones Secundo ostendit qualis debeat esse diffinitio loci. ibi. Oportꝫ autem. Et tercio ponit quatuor ꝑambula. ibi Primū quidem. Dicit ergo ꝑmo ꝙ manifestū fiet ex sequētibus quid sit locus. sed oportet ꝑus accipere quasi quasdā suppositōes ⁊ ꝑncipia ꝑ se nota. illa scꝫ q̄ videtur ꝑ se inesse loco. Est ergo ꝑma suppositio ista. ꝙ locus cōtinet locatum sic tn̄ ꝙ non est pars locati. qđ dꝛ ad excludendū formā que ↄtinet materiā ⁊ est pars [illegible]. Secūda suppositio est ꝙ locus qui proxime ↄtinet est locus ꝓprius. ⁊ ille est equalis locato. ⁊ nec ē maior nec minor. Tercia suppositio est. ꝙ locus nō deficit vnicuiqꝫ locato. id ē oportet omne locatū esse in aliquo loco. Quarta suppositio est ꝙ in omi loco inueniūtur alique dr̄ntie positionū. scꝫ ante retro. sursum deorsum. dextrū et sinistrū. Et si h̄ extendat̄ ad corpus celeste tūc intelligit̄ ꝙ corpus celeste est in loco ẜm partes. qꝛ etiam habet dr̄ntias positionuꝫ sed totū celū nō habet dr̄ntias positionū. qꝛ ibi nec ē sursum nec deorsum. vt patꝫ ꝑmo cel'. Ex his aūt nūc suppositis ꝓcedetur ad cōsiderationem alioꝝ.

Ar. Locus habet in se duas dimensiones. ⁊ locatū habet tres. ergo nō est equalitas inter locatuꝫ et locū. ⁊ ꝑ ↄsequens secūda suppositio non bene ponitur ¶ Dōm ꝙ duplex est equalitas. quedā est equalitas ꝑfecta. que attendit̄ ẜm omes dimēsiones. ⁊ sic locus non est equalis locato. Alia est equalitas que sumit̄ respectu aliquarū dimensionū ⁊ nō omniū. sicut dicimus ꝙ iohannes ⁊ petrus qui habent vnā longitudinē sint equales. et sic locus est equalis locato ẜm vltimā supficiē. qꝛ vltima supficies corporis locantis est equalis rei locate.

¶ Oportet aũt tẽptare intentõem sic fieri vt q̃d sit reddat. ⁊ queq3 opposita soluãtur. ⁊ que vident loco iesse insunt. ⁊ amplius discolie causa ⁊ oppositorũ circa loca manifesta erit. Sic em̃ vtiq3 pulcerrime demõstrat vnũquodq3.

¶ Hic Aresto. secũdo ostendit quales conditõnes debet habere definitio danda de loco. Et dicit q̃ definiendo locũ intentio nostra debet tendere ad quattuor ꝯditiones. Prima est. q̃ p ipam ostendat quid est locus. quia definitio est oratio indicãs quid est esse rei. Secũda est. vt soluãtur quecũq3 obiecta sunt vel opposita circa locu3 q2 veritatis cognitio est dubitatoꝝ solutio Tercia est. vt p eam manifestent ꝓprietates loci que insunt loco. Ex q̃ ꝯditiõe sumit q̃ mediũ demõstratõis potissime sit definitio subiecti. q2 dt hic Aresto. q̃ definitio loci que ẽ subiectũ in ordine ad suas ꝓprietates deb3 manifestare qualiter tales ꝓprietates insint loco ⁊ demõstrentur de ipso Quarta ꝯditio est. q̃ p eam manifestet causa quare aliqui sic discordauerũt circa locum. Et tali definitiõe definitur vnũquodq3 pulcerrime.

¶ Primũ q̃dem igit oportet intelligere q̃ non quereret locus nisi motus aliq̃s ess3 ꝑm locum ꝓpter hoc em̃ ⁊ celũ maxime in loco esse opinãtur qd semp in motu est. Hmõi autẽ aliud quidem esse loci mutatio. aliud vero augmẽtum ⁊ decremẽtum. Et nãq3 in augmẽto ⁊ decremento trãsmutatur. et qd prius erat hoc iterũ transmutat in maius ⁊ min9. ¶ Est aũt qd mouet aliud q̃dem p seipm actu. aliud vero ꝑm accñs Ipsius aũt qd ꝑm accñs est. alia q̃dẽ ꝯtingẽtia moueri per se. vt partes corporis. ⁊ in naui clauus. Alia vero nõ cõtingentia. sed semper ꝑm accidẽs. vt albedo ⁊ scientia. Nec em̃ sic trãsmutãt locũ qd in quo sunt trãsmutat ¶ Quoniã aũt dicimus esse sicut in loco in celo. quia in aere. hic aũt in celo. ⁊ in aere aũt nõ omi. sed propter vltimũ ipsum. ⁊ cõtinens in aere esse dicimus. Si em̃ omnis aer locus. nõ equalis erit vniuscuiusq3 locus. ⁊ vnũqdq3 locatu3 Videt aũt hmõi primũ in quo est ¶ Cum quidẽ igit nõ diuisum sit ꝯtinens sed ꝯtinuũ. nõ dicim9 esse in illo sicut in loco. s3 sicut pars in toto. Cũ vero diuisum sit ⁊ ꝯtactum. in primo quodam vltimo ꝯtinẽtis. qd neq3 pars est ipsius qd est in ipso neq3 maius distantia sed equale. In eodem em̃ vltima ꝯtingentiũ. Et cũ ꝯtinuũ q̃dẽ sit nõ i illo mouet. sed cũ illo. Diuisu3 aũt in illo et siue moueatur ꝯtingens siue nõ nihil minus Amplius cũ non diuisum sit. sicut pars in toto dicitur. vt sicut in oculo visus ⁊ in corpore manus. Cũ aũt diuisum est. vt in cado aqua ⁊ cipho vinũ Manus quidem em̃ cũ corpore mouetur. aqua aũt in cado

¶ Hic ꝯñter Aresto. tercio ponit quattuor p̃ambula q̃ sunt necessaria ad inuestigandũ definitõem loci. Quoꝝ pmũ est. q̃ nõ fuisset quesitũ de loco nisi fuisset ⁊ esset aliquis motus ꝑm locũ. Ex quo sumitur q̃ motus localis ducit in cognitõem loci. ⁊ ꝓpter hoc aliqui opinantur q̃ celũ maxime sit in loco. q2 celũ maxime mouet ꝑm locu3 qd tñ nõ est verũ. q2 hoc maxime mouet ꝑm locũ qd mutat locũ ꝑm partẽ ⁊ ꝑm totũ. sic aũt nõ est de celo. q2 celũ solũ mutat locũ ꝑm partes. Et addit Aresto. q̃ aliquis est motus ꝑm locũ p se. sicut est loci mutatio. alius vero solũ ex ꝯsequenti. sicut est augmentatio et diminutio. q̃ augmentatio p se terminat ad q̃titate3. ⁊ q2 illa q̃titas accipit maiorẽ locũ. sic motus ꝑm augmentatõem ẽ motus ꝑm locũ ex ꝯsequẽti. q2 gratia q̃titatis que est in illo qd auget. ¶ Tũc ibi. Est aũt. Phus ponit secũdum p̃ambulũ. et est q̃ aliquid mouet ꝑm locũ p se et in actu. sicut corpus qd p se hab3 esse in loco. ⁊ aliquid mouetur ꝑm locu3 p accñs. Et hoc ꝯtingit dupl̃r. q2 aliq̃d mouetur p accñs. qd tñ natũ est p se moueri. sicut partes integrales. vt manus pedes. q2 tales partes separate a toto mouent p se. quedã aũt mouent p accidẽs ⁊ nõ sunt nata moueri p se. sicut sunt accidẽtia que solũ mouent gratia subiecti. ⁊ nõ sunt nata moueri per se. Ex isto elicit q̃ eo modo aliquid est in loco quo mõ natu3 est moueri ꝑm locũ ¶ Tũc ibi. Qm̃ aũt. Ponit tercium p̃ambulum. ⁊ est q̃ duplex est locus. sc3 ꝯmunis ⁊ ꝓprius. Cõmunis sicut aliquid d2 esse in celo aut in aere. Et ꝓprius quo aliquid dicitur esse in loco. q2 est in sup̃ficie aeris ꝓxime cõtinente ipsum. que superficies est proprius locus. Et ex isto scitur q̃ locus sit proxima extremitas corporis locantis. q2 al's locus non esset equalis locato. sicut totus aer nõ est equalis homini. ¶ Tunc ibi. Cũ quidem. Ponit quartũ preambulum. et est. quãdo ꝯtinẽs nõ est diuisum a ꝯtento. sed ꝯtinuum ei. tũc ꝯtentum nõ est in ꝯtinente. sicut locatum in loco. sed potius sicut pars in toto. sed quando ꝯtinens est diuisum a ꝯtento. tũc contentum est in ꝯtinente sicut locatum in loco. Et illud ꝓbat duab9 rõnib9. quarum prima est. quia locatũ nõ mouetur simul cu3 loco. sed qñ aliq̃d est ꝯtinuũ alteri tunc mouetur simul cum ipso. ergo tũc nõ est in eo sicut locatũ in loco. sicut manus mouetur simul cum homine. ⁊ ideo manus non est in homine sicut locatu3 in loco. sed sicut pars in toto. Secũda ratio est. quia sunt alij modi essendi in quo pars est in toto ⁊ locatum in loco. q2 locatu3 in loco est sicut aqua in cado ⁊ vinũ in cipho. sed esse in cado vel cipho est esse in cõtinente separato. ergo locatum est in loco sicut aliquod diuisum. qd fuit ꝓbandum

Jam igit᷑ manifestum ex his quid locus ve/ re em̄ quattuor sunt. quorum necesse est locum vnum aliquid esse. Aut em̄ forma. aut materia est. aut spacium aliquod in medio extremorum aut extrema. si non est spacium nullum ꝑter im positi corporis magnitudinem Hoꝝ autem ꝙ tria non contingat esse manifestū est. sed pro ptereа id quod continet videtur forma esse In eodem em̄ sunt extrema continentis et conten/ ti. Sunt quidem igitur vtraq; termini. sed nō eiusdem. sed species quidem rei. Locus autem ꝯtinentis corporis

¶ Premissis his que sunt necessaria ad inuestigādum definitōem loci. hic inuestigat eā. Et circa hoc tria facit. primo inuestigat particulas definitiōis. Secundo ꝯclu/ dit definitōem ibi. Quare termin᷒. Tercio ostendit eā esse bene assignatā. ibi. Et ꝓpter hoc. Circa ꝑmū duo fa cit. q᷑ ꝑmo inuestigat genus loci. Secūdo differentiam ꝯpletiue definitiōis eius ibi. Videt᷑ aūt. Quo ad primū inquirit genus ꝑ viam diuisionis. dicens ꝙ locus ꝭm ge nus vel est materia vel forma vel spacium dimensionatū vel extremitas corporis continentis. Sed nō potest di/ ci ꝙ sit materia vel forma vel spaciū dimensionatū. ergo est extremitas corporis ꝯtinentis. Maior patet ex suffi cienti diuisione. q᷑ omnes qui opinati sunt circa locū po/ nebant locū esse vnū ex his. Minorem ꝓbat vlteri᷒ in textu Et primo ibi horum aūt. Ostendit ꝙ locus nō sit forma. ꝑus tamen manifestat qualiter videbat᷑ anti/ quis ꝙ locus esset forma. q᷑ scꝫ locus est terminus. ⁊ eti am forma est terminus. ergo locus est forma. Qꝫ autez locus non sit forma sic ꝓbat Aresto. q᷑ forma est termi/ nus illius cuius est forma. sicut forma hominis est termi/ nus essentialis homis. sed locus nō est terminus illi᷒ cu/ ius est loc᷒. q᷑ locus est locati loc᷒. sꝫ est termin᷒ locātis

Sed ex eo ꝙ mutatur multotiens manente continente contentum et diuisum. vt ex vase a/ qua ipsum mediū esse aliquod videtur esse spa ciuꝫ. tanq; aliquid sit preter corpus quod trās/ fertur. Hoc autem non est. sed contingens incidit corpus eorum que transferuntur. et que per se apta nata sunt cōtingere. Si autem ali/ quod esset spacium aptum natum ⁊ manens in eodem loco infiniti vtiq; idem essent loci. trās/ mutante enim aere ⁊ aqua idem facient omnes partes in toto. qđ q̄dem om̄is aqua in vase.

¶ Simul autem erit et locus transmutans quare loci alius locus et multi loci simul erunt Non est autem alius locus partis in quo mo/ uetur. cum totum vas transmutatur. sed idem in quo em̄ est cōmutatur aer et aqua aut partes aque. sed non in quo fiunt loco qui pars est lo/ ci qui est locus totius celi

¶ Hic secūdo ostendit ꝙ locus nō sit spacium dimēsio natum. Et ꝑmo ostendit qualiter videbatur hoc anti/ quis. quia scꝫ de natura loci est ꝙ maneat vnus. q̄uis re cipiat diuersa locata. sic etiam iste dimensiones spacij ma nent eedem mutatis diuersis corporib᷒ receptis in tali spacio. Exempli gratia antiqui dicebant locum esse spa/ cium. quod continetur inter latera vasis quod recipit in se diuersa locata. manifestum em̄ est ꝙ illa distantia quā doq; recipit in se vinum. quandoq; aquam q̄nq; aerem. Ergo videtur ꝙ locus sit spacium dimensionatum. Tūc ibi. Hoc autem. Probat ꝑ hus duab᷒ rōnib᷒ ꝙ lo cus non est huiusmodi spacium dimensionatuꝫ. Et stat ꝑma ratio in hoc. q᷑ si aliquod spacium contētum inter corpora esset locus. tunc infinita loca essent simul. proba batur. q᷑ cuilibet parti corporis contenti correspondet locus. cum locus penetret quamlibet partem receptam in spacio tali. cum ergo corpus receptuꝫ in tali spacio ha beat infinitas partes ꝭm diuisionem in partes eiusdeꝫ ꝓ portionis aut infinitas. id est indeterminatas. ergo illis partibus correspondebunt infinita loca. et cum partes sint simul in toto. sequeretur ꝙ infinita loca essent simul quod est impossibile Tūc ibi Simul autē. Ponitur se cūda rō et est ista. Si locus esset spacium dimensionatū contentum inter corpus locatum ⁊ locans. tunc locus esset mobilis cum locato. sed hoc est impossibile. ergo lo/ cus non potest esse spacium dimensionatum. Maior pa tet. q᷑ transmutato corpore simul transmutatur distan/ tia que est inter partes corporis. si ergo ista distantia esseꝫ locus. sic locus transmutaretur cuꝫ locato. Sed minor ꝓbatur. q᷑ si sic tunc tale spacium esset in alio loco. q᷑ pe/ netraretur ꝭm eos a dimensionib᷒ spacij in quod trans/ mutatur. que dimensiones subintrant dimensiones pri oris spacij. Et sic locus. esset alius locus. quare multa lo/ ca essent simul. qđ est incōueniens dicere

Et materia autem videtur vtiq; esse locus si inquiescenti aliquis consideret ⁊ non insepa/ rato. sed continuo. Sicut em̄ si alteretur hoc q̄ dem vtiq; nūc est albuꝫ. nūc autē nigrū. ⁊ nūc q̄ dem durum. olim autem molle. Unde dicim᷒ aliquid esse materiam sic. ⁊ locus per taleꝫ quan dam videtur esse phantasiam. verūtamē illud quidem quoniam quod nūc est aqua prius erat aer. Locus aūt. q᷑ vbi nūc est aqua ibi erit aer. Sed materia q̄dē sicut dictū ē in priorib᷒ neq; diuisa est a re neq; continet locus aūt vtraq;

¶ Hic tercio Aresto. ostendit ꝙ materia non sit locus et p̄mo declarat qualiter videbatur alijs ꝙ materia sit locus. dicens. ꝙ materia ideo videt᷑ locus. qꝛ sicut in vna materia succedūt sibi diuerse forme. ita in vno loco succedūt sibi diuersa locata. Sed reprobat Aresto. istud dictum dupl'r. p̄mo qꝛ vtimur diuersis modis loquēdi designādo materiā ⁊ locū. qꝛ designādo successionē localē dicimus ꝙ vbi est aqua ibi p̄us fuit aer. sed ad designāduꝫ successionē formarū in materia dicimus ꝙ id qđ fuit prius aqua iam est aer. Secūdo. qꝛ materia non est diuisa a re cuius est materia. sed locus est diuisus a locato ⁊ cōtinet locatū. ergo locus nō est materia.

Si igitur nihil hoꝝ triuꝫ locꝰ est. neqꝫ spēs neqꝫ materia neqꝫ spaciuꝫ aliquod. sed semꝑ est alterum preter id quod est rei distantis necesse est locum esse reliquū quattuor termini ꝯtinentis corporis. Dico aūt corpus quod mouetur s̄m loci mutationem

¶ Remotis tribꝫ mēbris ꝯcludit quartū. Et đt ꝙ qꝛ locus nō est aliqđ triū .i. neqꝫ forma neqꝫ materia neqꝫ aliquod spaciū qđ sit alterū p̄ter distātias rei locate. nc̄cē ē ꝙ locus sit reliquū de quattuor supra noīatis. scꝫ ꝙ sit terminus corꝑis ꝯtinētis. Et ne aliq̄s intelligat ꝯtentū vel locatū esse aliqđ spaciū mediū. subiūgit ꝙ corpus ꝯtētuꝫ đꝛ illud qđ natū est moueri s̄m loci mutatōem.

Videt᷑ aūt magnuꝫ aliquod ⁊ difficile accipi locus ⁊ ꝓpter hoc ꝙ apparet materia ⁊ forma. ⁊ ꝓpter hoc q̄dem ꝙ in quiescēti ⁊ ꝯtinenti fit transmutatio eius quod fertur. cōtingere enī videtur spacium medium aliquod aliud a motis magnitudinibus. proficit aūtē aliquid ⁊ aeri apparens incorporeus esse. videtur enim non soluꝫ terminus vasis esse locus. sꝫ ei qđ est medium tanq̄ꝫ vacuū ¶ Est aūt sicut vas locus trāsmutabilis. sic locus vas immobile. vnde cum quidem in eo ꝙ mouetur moueat᷑ et mutetur qđ intus vt in flumie nauis. tanq̄ꝫ vase vtitur magis q̄ꝫ loco cōtinenti. vult autem immobilis locus esse. vnde omnis fluuius magis locus est. qꝛ immobilis omnis.

¶ Assignato genere ipsius loci. videlꝫ ꝙ locꝰ ē terminꝰ corꝑis ꝯtinētis. hic ꝯn̄ter inq̄rit đn̄am loci. Et circa h̄ duo facit. qꝛ p̄mo ostēdit ꝙ ex hoc đn̄tia nō debite ꝯsiderata insurrexit q̄dā error circa locum. Secūdo ostēdit q̄ūo sit ītelligēda īmobilitas loci. ibi. Est aūt sic vas. Dicit ḡ p̄mo ꝙ videt᷑ esse aliqđ magnū ⁊ difficile acciꝑe q̄d sit locus. Tum ꝓpter hoc qꝛ q̄busdā videt᷑ ꝙ locꝰ sit materia vel forma q̄ h̄n̄t altissimā ꝯsideratōeꝫ. vt supra dcm̄ est. Tū ꝓpter hoc ꝙ mutatio eius qđ fert᷑ s̄m locū sit in q̄dā quiescente ⁊ ꝯtinēte. cū ergo nihil videat᷑ esse ꝯtinens et īmobile nisi spaciū. sic videt᷑ ꝯtingere ꝙ locꝰ sit q̄ddaꝫ mediū qđ est aliud a magnitudinibꝫ q̄ mouent᷑ s̄m locuꝫ Et ad credulitatē huiꝰ opinionis multū ꝓficit ꝙ aer videt᷑ esse incorporeꝰ. qꝛ vbi est aer ibi nō videt᷑ esse corpus sed q̄ddā spaciū vacuū. Et sic videt᷑ locꝰ nō solū esse terminꝰ vasis. sed q̄ddā mediū tanq̄ꝫ vacuū Tūc ibi Est aūt. Phs ponit suā ꝓpriā opinionē circa īmobilitatē loci Et đt ꝙ nō sit intelligēda īmobilitas loci. q̄si locꝰ sit aliqđ ꝯtētū inter corꝑa locata. sicut dicebāt antiq̄. sꝫ intelligendū est ꝙ locus sit sicut quoddā vas qđ est iuxta corpora locata ⁊ extra ea. Est tn̄ ista đn̄tia inter vas ⁊ locū. qꝛ vas est locꝰ trāsmutabilis. qꝛ trāsmutat᷑ cū vasato. sicut nauis mouet᷑ cū flumine. sed locꝰ est sicut vas īmobile. qꝛ scꝫ nō mouet᷑ cū corꝑe locato sicut vas cū vasato Ex quo satis pꝫ ꝙ Aresto. in textu intēdit ꝙ locꝰ sic est īmobilis. qꝛ nō mouet᷑ cū locato q̄uis aliūde moueatur Rō istiꝰ est. qꝛ sicut ī p̄mo p̄ambulo dictū ē. q̄cq̄d mouet᷑ s̄m locū hoc est in loco. qn̄ ḡ locꝰ incipit moueri s̄m locū. tūc ampliꝰ nō est locꝰ. sed est in loco. Exēpli gratia. vas non p̄t dici locus vini. qꝛ vas mouetur simul cuꝫ vino. ⁊ ideo vas est etiā in loco ⁊ nō est locus. sꝫ ille aer q̄ est circa vas est locus eiꝰ. Et si aliq̄s ligaret aerē circa vas cuꝫ pelle. tūc talis aer nō esꝫ ampliꝰ locꝰ vasis. sꝫ aer q̄ circūdat pellem. qꝛ ille aer intra vas ⁊ pellem nō haberet rōnem loci. sed locati. qꝛ mouetur cum locato.

Quare terminꝰ cōtinētis īmobilis primum hic est locus. Et ꝓpter hoc mediū celi. ⁊ vltimū ad nos circularis loci mutationis videtur esse hoc quidem sursum. illud vero deorsum. maxime omnibꝫ ꝓprie. qꝛ hoc qđ semꝑ manet Circulo enī vltimū similiter se habēs manet. q̄re q̄m̄ qđ leue q̄dem sursuꝫ fertur natura. qđ vero graue deorsuꝫ. Qđ q̄dem enī ad mediū ꝯtinēs terminus deorsum est. ⁊ ipsum mediuꝫ. Qđ vero ad vltimū sursum est. ⁊ ipsum vltimū Et ꝓpter hoc planū videt᷑ esse q̄ddā ⁊ sicut vas locꝰ ꝯtinens. Amplius simul cū re quodāmō locꝰ est. Simul enī finis est ⁊ locus

¶ Hic ꝯcludit ex p̄dictis definitōem loci dicēs ꝙ locꝰ est terminus corꝑis ꝯtinētis īmobilis p̄mū. Et intellectus diffinitōis est talis. locꝰ est terminꝰ .i. suꝑficies corporis ꝯtinētis .i. circūscribentis. p̄mū .i. ꝓxime. īmobilis. qꝛ scꝫ nō mouet᷑ cū locato. Ex q̄ elicit᷑ ꝙ p̄mū in dicta definitione est aduerbiū ⁊ ꝯstruit᷑ cū isto participio ꝯtinētis. et ponit᷑ hic vt designet locū ꝓpriū ⁊ excludat cōem. Tūc ibi. Et ꝓpter hoc. Ostendit definitōem esse bene assignatā. ꝑ hoc ꝙ ea q̄ dicūtur de loco ꝯgruūt s̄m hāc definitionē. Et ponit tria. q̄ꝝ primū est. ꝙ antiqui ponebant duo loca. p̄mo centrū mūdi. qđ est simpl'r īmobile. secūdo suꝑficiē ꝯcauā lune v̄sus nos. qꝛ videt᷑ oīa ꝯtinere. ⁊ sic si illa duo ꝯbinent᷑ ꝯtinent duas ꝑtes definitōis loci. Secūdū qđ đꝛ de loco est ꝙ locꝰ est terminꝰ. cū q̄ etiā ꝯcordat

definitio q̄ đꝫ ꝙ locus est terminus vel sup̲ficies. ⁊ ideo se habet sicut vas ꝯtinēs. qꝛ vasatū terminaꝛ ad vas. Terciū qđ de loco đꝛ est ꝙ locus est simul cū locato. ⁊ ꝑ h̄ notaꝛ ꝙ locꝰ est ꝯtinēs p̄mū ⁊ ꝓximū ꝯtento Ex istis ḡ tribus ꝓbaꝛ definitio. qꝛ ex p̄mo sumiꝛ ꝙ locus sit ꝯtinens īmobile. ex 2° ꝙ sit sup̲ficies. ⁊ ex 3° ꝙ sit p̄mū ꝯtinēs

Queriꝛ Utrū definitio loci ex p̄missis ꝯclusa sit sufficiēter ⁊ bñ assignata Đđm ꝙ sic. ⁊ hoc pꝫ ex duobꝫ. p̄mo ex siliṫudine quā hꝫ locꝰ ad materiā. ⁊ ex dr̄ntia quā hꝫ ad formā. qꝛ sicut materia p̄ma est receptaculū diuersarū formarū ita locus est receptaculū diuersoꝝ locatoꝝ. forma etiā est terminus materie intrinsecus. sed locꝰ est terminꝰ extrinsecus locati. Et illa innuūtur ꝑ hāc definitōem. ḡ est bona. Et p̄mo đꝛ in definitōe ꝙ locꝰ sit terminꝰ. ⁊ tangiꝛ genꝰ. ⁊ ꝑ hoc videꝛ ꝯuenire cū forma substātiali. Sed ꝑ hoc ꝙ addiꝛ corꝑis ꝯtinētis. distinguiꝛ a forma. ⁊ ꝟcaꝛ ꝙ est terminꝰ extrinsecus. In hoc aūt ꝙ đꝛ īmobilis. ꝟcaꝛ ꝙ idē locus manet sub diuersis locatis. Sed ꝑ hoc ꝙ addiꝛ ꝓximū. excludiꝛ locus cōis q̄ nō adeq̄tur locato. qꝛ nō est ꝓximus. Secūdo p̄t sic declarari. qꝛ accñs in abstracto definiꝛ ꝑ aliq̄d ꝓprij generis in recto. ⁊ ꝑ subiectū positū loco dr̄ntie in obliquo. vt dicendo simitas est curuitas nasi. Sed locꝰ est accñs abstractiue sumptū. ḡ bñ definiꝛ ꝑ aliq̄d eiusdē generis positū in recto. ⁊ ꝑ suū subiectuꝫ positū in obliq̄ Et ꝑ ꝯñs definitio loci superius posita est bona.

Ar. Locus ⁊ sup̲ficies sꝫ distinete species eiusdeꝫ generis. ḡ vnū nō p̄t vere de alio p̄dicari. ista eñ est falsa p̄dicatio. hō est asinꝰ Đđm ꝙ locꝰ accipiꝛ dupl'r. vno mō ꝟm ꝙ antiq̄ capiebāt locū. scꝫ ꝓ spacio dimensionato ꝯtēto inter latera corꝑis. ⁊ sic locꝰ distinguiꝛ spē a sup̲ficie. qꝛ sup̲ficies hꝫ duas dimēsiones. ⁊ locꝰ tres dimēsiōes sep̲atas a corꝑe. ⁊ h̄ mō capit Aresto. locū in p̄dicamētis qñ đt. ꝙ sint q̄nqꜫ spēs q̄ꝫtitatis cōtinue. inter q̄s Aresto. etiā ponit locū. Sed ꝙ Aresto. sic loq̄tur de loco in p̄dicamētis pꝫ. qꝛ ibidē đt ꝙ ꝑtes loci copulētur ad sup̲ficiē hoc aūt essꝫ impossibile nisi locꝰ haberet tres dimēsiones. qꝛ al's idē copulareꝛ ad seip̄m. Et si q̄raꝛ q̄re p̄hs vsus est illa opinione falsa in p̄dicamētis. Đđm ꝙ hoc est de ꝯsuetudine Aresto. ꝙ vtaꝛ opinionibꝫ alioꝝ donec veniat ad locū debitū reprobatōis. debitꝰ aūt locus reprobatōis fuit in hoc libro Aliō capiꝛ locꝰ ꝟm veritatē ꝟm ꝙ est sup̲ficies corꝑis ꝯtinētis. ⁊ sic non distinguiꝛ locus a sup̲ficie realiter. sed hꝫ se sup̲ficies sicut supiꝰ ad locū. qꝛ locꝰ est sup̲ficies ꝯtinēs locatū. sꝫ sup̲ficies est indifferēs ad sup̲ficiē ꝯtinentē. qualis est locꝰ. ⁊ nō ꝯtinentem qualis est sup̲ficies locati.

Ar. Si locꝰ haberet tres dimensiones tūc non distingueretꝛ a corꝑe Đđm loquēdo ꝟm opinionē antiquoꝝ etiā locus distinguiꝛ a corꝑe. qꝛ locus hꝫ tres dimēsiones separatas a corꝑe. sed corꝑꝰ hꝫ tres dimensiones sibi ꝯiūctas. ⁊ ḡ locꝰ ꝟm eos realiter distinguitur a corꝑe. ¶ Pro cuius intellectu sciendū ꝙ antiq̄ p̄hi dicebāt aerē esse vacuū sicut nūc laici. ⁊ ideo illas dimensiones q̄ sunt in aere dicebāt esse in vacuo. qꝛ ḡ cōiter loquēdo distātia q̄ est inter latera corꝑis ē ꝑ aerē. sicut pꝫ in vase absqꜫ liquore vel alio corꝑe sensibili. vel p̄t esse ꝑ aerē. qꝛ oīs plenitudo localis p̄t euacuari. sic antiqui dicebāt talē distantiā esse in vacuo. ⁊ sic separatuꝫ a corꝑe ex sua natura. Exempli gr̄a. distātia partiū vasis inter vas ꝟm oēm dimensionē loquēdo de natura vasis est ꝑ aereꝫ mediū. Et si q̄ñqꜫ ponaꝛ aliqđ corpus ad vas hoc est ꝑ accñs. ⁊ ideo ꝑ se ⁊ naturaliter illa distātia est in vacuo. et sic tales dimensiones sunt locus ꝟm antiqnos. q̄re locus hoīs esset distātia inter cutē hoīs vel pellē. q̄ distātia nūc ꝑ accñs est plena ossibꝫ ⁊ carnibꝫ. Et qñ đꝛ. iste dimensiones ꝟm antiq̄s sunt in corꝑe. qꝛ dictū est ꝙ trāsmutato corꝑe etiā trāsmutanꝛ ille dimēsiones Đđm ꝙ dupliciter aliq̄d est in alio. vno mō ꝟm ꝯtinentiaꝫ. qꝛ ꝯtineꝛ ab eo in quo esse đꝛ. ⁊ sic locus est in corꝑe ꝟm antiquos. Alio mō aliq̄d est in alio ꝟm informatōem. ⁊ sic ꝟm antiquos locus nō est in corꝑe. qꝛ nō informat corpus. qꝛ aēr ꝟm antiquos nihil est. sed est vacuū. ⁊ ideo dimēsiones q̄ sunt in aere nō sunt in aliq̄ subiecto.

Ar. Extrinsecū ⁊ intrinsecū nō p̄nt esse vniꝰ spēi. sed locus est extrinsecꝰ locato. ⁊ sup̲ficies est sibi intrinseca. ḡ nō erūt idē ꝟm spēm Đđm ꝙ extrinsecum ⁊ intrinsecū p̄nt capi dupl'r. vno mō ꝟm ꝯꝑatōnem ad idem. ⁊ sic est verū ꝙ mensurās extrinsece ⁊ intrinsece nō sunt eiusdē spēi sicut rudibile ⁊ risibile nō sunt eiusdeꝫ spēi respectu hoīs. qꝛ risibile est intrinsecū homini. ⁊ rudibile est ei extrinsecū. Alio mō intrinsecū ⁊ extrinsecū ꝯꝑanꝛ ad diuersa. ⁊ sic nō oꝑtet ꝙ distinguanꝛ spē. qꝛ qđ est vni intrinsecū p̄t alteri esse extrinsecuꝫ. Sicut longitudo vlne lignee est intrinseca ligno. ⁊ extrinseca panno mēsurato ꝑ eā. ⁊ tñ est eadē lōgitudo nō solū in spē. sed numero essentiali. Sil'r đđm est de loco ⁊ sup̲ficie. qꝛ vna q̄ꝫtitas numero est sup̲ficies ⁊ locus. ꝑ ꝯꝑatōem tñ ad diuersa. qꝛ đꝛ sup̲ficies inq̄ꝫtū ꝯꝑaꝛ ad corꝑꝰ locās. ⁊ đꝛ locus inq̄ꝫtū ꝯꝑaꝛ ad locatū. Et ꝑ hoc p̄t ꝓbari esse īpossibile locū ⁊ sup̲ficiē distingui specifice si capiaꝛ locus ꝟm veritatē ⁊ ꝓp̄rie. ⁊ hoc sic. quecūqꜫ sunt vnius numeri essentialis nō p̄nt distingui specifice ab inuicē. sed est vna q̄ꝫtitas nūero essentiali que est sup̲ficies ⁊ locꝰ. sicut eadeꝫ sup̲ficies numeralis aeris est locus hoīs qui est in aere. ḡ nō p̄nt specifice distingui Necꜫ valet ꝙ alij dicūt ꝙ distinguātur in rōne mensure. qꝛ rō mēsure addit solum supra formā relatōem rōnis q̄ nō variat spēm. Fuerūt tñ aliq̄ qui dicebāt ꝙ locus ⁊ sup̲ficies distinguerenꝛ spē logica. ⁊ nō specie physica. qđ imꝑtinēter đꝛ. qꝛ spēs est natura rei et ideo oīs spēs est physica ⁊ nulla logica. Sed meliꝰ dicerent tales ꝙ distinguātur logice. i. ꝟm rōnem. ⁊ hoc est verū. habent eñ se sup̲ficies ⁊ locꝰ sicut supius ⁊ inferiꝰ q̄ distinguūtur logice i. ꝟm rōnem. qꝛ oīs locus est sup̲ficies. sed nō oīs sup̲ficies est locus. sꝫ solū sup̲ficies ꝯtinēs

Ar. Deus est i loco ⁊ etiā substātie separate. ⁊ tñ nō hn̄t corꝑꝰ ꝯtinēs. ḡ locꝰ nō erit superficies corꝑis ꝯtinētis. Đđm ꝙ dupl'r aliq̄d đꝛ esse in loco q̄ꝫtum nūc sufficit. vno mō circūscriptiue. qꝛ circūscribiꝛ loco. ⁊ qđ sic est in loco hꝫ corpus ꝯtinēs ipsum. ⁊ de tali loco đꝛ ꝙ est sup̲ficies corporis ꝯtinentis Alio mō aliq̄d est in loco repletiue vel definitiue. ⁊ qđ sic est in loco nō habꝫ corpus extra ipsum ꝯtinens ipsum. Rō huius distinctionis est. qꝛ aliq̄d est in loco ꝟm ꝯtactū. sed est duplex ꝯtactus. Unus q̄ꝫtitatiuus ⁊ corporalis. ⁊ sic corporalia sꝫ in loco. qꝛ circūscribūtur loco. Alius est ꝯtactus virtualis. ⁊ ꝟm illum sp̄ualia sunt in loco. Ille aūt ꝯtactus virtualis potest esse duplex siue hꝫ dupliciter fieri. vno modo fit ad omnē locū. ⁊ ille ꝯtactus virtualis conuenit soli deo qui sua virtute influit circa omnem locū. Alio mō fit ille ꝯtactus virtualis solum ad vnū determinatū locum et sic cōuenit substantie spirituali create. Cuius rō est. qꝛ talis substātia est finite virtutis sic finite essentie. ⁊ sic nō

ꝑotest ɔtactu virtutis replere omnē locum. Et dicitur talis substantia spiritualis esse definitiue.id est determinatiue in loco.q² determinat se ad locum ꝑ opatōem extrinsecā.scȝ practicam.sed per operationē pure speculatiuam nō dr̄ ꝓprie esse in loco. ⁊ ergo angelus dr̄ esse in loco illo vbi operaꝛ operatiōe extrinseca. ⁊ nō in alio loco.hoc aūt de deo dici nō p̄t.q² deus hic operando nihilominus etiam operatur in alio loco

Ar̄ Locus est physice consideratōis.ergo erit mobilis. Tenet ɔ̄ntia. q² physicus tractat de ente mobili vt de subiecto.⁊ ergo oīa que in physica scīa cōsideranꝛ habebūt ordinē ad tale subiectū Dōm ꝙ non oportet ꝙ oīa in scientia ɔsiderata habeant ordinē ad subiectū sic ꝙ subiectū de eis p̄dicetur in recto.sed sufficit ꝙ subiectū de aliquib⁊ verificeꝛ in obliquo. q̄ꝫuis igiꝛ locus nō sit ens mobile.sufficit tñ ꝙ est passio entis mobilis.⁊ sic in obliquo p̄dicatur ens mobile de loco. Etiam p̄t dici secūdo ꝙ locus est mobilis.q² moueꝛ cum locante ꝑ accidens.q̄ꝫuis sit imobilis.q² nō moueꝛ cū locato. sicut circa textum dictum est.

Ar̄. Locus est simplr̄ mobilis.ergo male poniꝛ illa particula.scȝ imobilis.in definitōe loci. Añs ꝓbaꝛ.q² locus est sup̄ficies corꝑis locātis. sed tale corpus moueꝛ.ergo etiam sup̄ficies que est in ipso moueꝛ Dicendū ꝙ locus est sic imobilis.q² nō moueꝛ cuȝ locato sicut dictū est. Uel p̄t dici ꝙ in loco sunt duo ɔsideranda scȝ materiale loci qđ est superficies corporis ɔtinentis.⁊ sic locus est ꝑ accñs mobilis cuȝ corpore locante.sicut ꝓbat argumentū. Aliud qđ ɔsideratur in loco est formale quod est duplex.scȝ formale mathematicum. ⁊ est distantia locati a polis mūdi.⁊ ita locus est oīno imobilis. quia talis distantia variari nō potest ipsa manente.sed variato loco variatur talis distantia .q² variato loco aliqͣs fit ꝓpinquior vel remotior polis mūdi.⁊ hoc formale est de p̄dicamento relatōnis. Aliud est formale physicū.quod est virtus ɔseruatiua de secūda specie qualitatis deriuata a primo locante.⁊ talis virtus influiꝛ vnicuiqꝫ s̄m analogiam nature. Et ex eo accipitur quomodo ea que conseruantur in vno loco corrumpūtur in alio.q² nō est eadē virtus ɔseruatiua in singulis locis.imo in oppositis locis est opposita virtus conseruatiua.sicut patȝ de loco grauium ⁊ leuium. Et istud formale est immobile s̄m speciem inqͣ̄ntum scȝ in eodem loco semꝑ succedit similis virtus. variatur tamen s̄m numeruȝ. ⁊ hoc ex parte subiecti.q² moto aere in quo est virtus cōseruatiua mouetur etiam illa virtus s̄m numerū.sed in alio aere succedente in eundem locū est eadem virtus s̄m speciem. Ex quo sequiꝛ ꝙ quandoqꝫ ɔtinue motū est in eodem loco s̄m formale physicum.sicut pȝ de fluuio qui q̄ꝫuis ɔtinue moueatur. virtus tamen ɔseruatiua in aere circa fluuiū est vni⁹ nature s̄m sp̄em vel etiam s̄m numerū.si aer nō moueatur circa aquam. Etiaȝ quādoqꝫ ɔtingit ꝙ aliquid stans immobiliter mutat locum s̄m formale physicum ad minus numero.sicut patȝ de turri circa quā aer ɔtinue moueꝛ.q² virtus variaꝛ ɔtinue ad variatōem subiecti.

Ar̄. Locus excedit locatuȝ.ergo nō est equalitas inter locum ⁊ locatum.⁊ per consequens male additur illa particula. primum.in definitione loci que notat equalitatem. Antecedens probatur .quia infra dicetur ꝙ aer sit locus terre ⁊ aque.sed aer multuȝ excedit terram ⁊ aquam. Dicendū ꝙ corpus ɔtinens potest capi dupliciter.vno modo s̄m omnem dimensionez. ⁊ sic manifestum est ꝙ locatum excedit locū .sicut aer est multo maior q̄ꝫ homo contentus sub aere. Alio modo accipitur corpus continens s̄m vltimā sup̄ficiem eius.⁊ sic corpus ɔtinens est equale locato. Exempli gratia.superficies aeris immediate tangens corpus humanū est equalis corpori humano. Et per hoc etiam soluitur argumentum quando sic arguitur.vnū elementum est locus alterius.⁊ tamen nō est equale alteri. Dicendū ꝙ imo vnū elementum est equale alteri s̄m vltimam superficiez q̄ꝫuis non s̄m totum corpus elementi. Exempli gratia. superficies concaua ignis ⁊ superficies cōuexa aeris sunt equales.

Ar̄. Idem non est equale toti et parti.sed ideȝ locus est conseruatiuus totius ⁊ partis .ergo locus non erit equalis locato Dicendū ꝙ aliud est dicere eūdem esse locum totius ⁊ partis.et aliud est dicere ꝙ locus sit equalis locato. Quia locus capitur dupliciter.vno modo materialiter s̄m vltimam superficiem corporis locantis.⁊ sic non est ideȝ locus totius ⁊ partis.q² alia superficies continens correspondet toti ⁊ alia parti. Alio modo accipitur locus s̄m virtutem cōseruatiuam et sic idem locus est totius ⁊ partis.q² illa que sunt eiusdem nature conseruantur in vno loco.sicut patȝ de grauibus ⁊ leuib⁊.omnes.eñ partes terre conseruantur deorsum.⁊ oēs partes leuiū ɔseruanꝛ sursum.

Ui quidē igitur corpori inest aliquid extra corpus ɔtinens.hoc ipsum in loco est cui vero non minime. Unde et si aqua fiat huiusmodi partes quideȝ mouentur ipsius.cōtinentur eñ sub inuicem. Omnis aūt est tanqꝫ qđ mouebitur ⁊ tanqꝫ non. sicut quidem enim tota simul locum non mutat. Circulariter autē mouebitur.partium eñ hic locus ⁊ sursum quidem ⁊ deorsum vero circulo. Aut quedam alia vero sursum ⁊ deorsum quecūqꝫ habent densitatem ⁊ raritatem. Sicut aūt dictuȝ est alia quidem sunt in loco s̄m potentiā, alia vero s̄m actum. Unde cum quidem continuū sit qđ est simil' partis s̄m potentiam in loco partes sunt Cum aūt separata q̄dem sunt.tangant autem se sicut collectio s̄m actū sunt Et alia q̄dem ꝑ se sunt vt omne corpus.aut s̄m loci mutatōem aut augmentum mobile alicubi ꝑ se. Celū auteȝ sicut dictū est non est alicubi totū neqꝫ in aliquo est. Si quidē nullum continet ipsum corpus s̄m autem ꝙ mouetur sic.sic ⁊ locus est partib⁊

Altera eñi ab altera habita partium est. Alia vero ꝺm accidēs. vt anima ⁊ celum. partes eñi in loco quodammodo omnes sunt In eo enim ꝙ circulariter sunt continet alia aliā. Unde mouetur circulariter solum qꝺ sursum est Omne autem non alicubi est. quod eñi alicubi ipm aliquid est. ⁊ adhuc aliquid oportet esse extra h in quo quod continet. Extra autem omne totū nihil est. et propter hoc omnia in celo sunt. Celum enim in quo omne est fortassis est. Est autem locus non celum. sed celi quiddam vltimū et tangens mobilis corporis terminus qescēs Et propter hoc quidem terra in aqua. Hec vo in aere. hic aūt in ethere. ether vero in celo. Celum autem nō amplius in alio

¶ Postq̄ꝫ Arestoteles posuit definitionem loci cum eius declaratione. hic consequenter ostēdit quomodo aliquid sit in loco. vt ex hoc manifestet quomō vltima sphera sit in loco Concludit ergo ex premissis ꝙ hoc ꝓprie est in loco quod habet aliquod corpus continens ipsum exterius. et hoc patꝫ ex definitione loci p̄us data. quia locꝰ est superficies corporis ꝯtinentis. sed corpus ꝯtinens est extra contentū. Et ex illo videtur sequi ꝙ vltima sphera non sit in loco. qꝛ nō habet corpus extra se ꝯtinens ipsam. Intendit tamē Arestoteles dicere. ꝙ necesse sit vltimā spheram esse in loco. ⁊ hoc sic ostendit. Naꝫ illud qꝺ mouet ꝺm locum est in loco. q̄a non quereretur locus nisi ꝓpter motum localem. sicut dictū est. sed vltimū celū mouetur ꝺm locum. ergo est in loco. Ex quo vlterius ostendit quomodo sit in loco. ⁊ vult ꝙ est in loco ꝺm partes. ꝺm potentiam. ⁊ per accidens. Primū patꝫ. quia ex quo supremū celum mouetur localiter ꝺm partes. sic est in loco ꝺm partes. Et quia partes nō sunt actu separate a toto. sed solum ꝺm potentiam. ergo ille motus. existendi in loco est ꝺm potentiam. aliq̄d eñi est ꝓprie in loco. sicut in continente separato. vt prius dictum est. Ex quo vlterius sequitur ꝙ celum sit in loco ꝑ accidens. quia qꝺ ꝯuenit alicui ꝺm partem conuenit sibi ꝑ accidens. cum ꝯueniat sibi per aliud. Ex quibꝫ concludit Arestoteles. ꝙ quia celum circulariter mouetur. ergo ꝺm totum nō est alicubi. id est in loco. sed est fortassis totum continens. potest tamen ꝺm partes dici esse in loco. qꝛ sic mouetur ꝺm locū Et dicitur notanter. fortassis quia nōdum probatum est ꝙ extra celum nihil sit. Non tamen est intelligendum quasi ipsum corpus celi sit locus. sed quedam superficies eius vltima versus nos que est sicut terminus tāgens corpora mobilia que in ipo sunt Et ꝓpter hoc dicimus ꝙ terra sit in aqua. que est in aere. qui est ethere. i. igne. qui ē in celo qꝺ nō est vlterius in alio

Querit. Utrum vltima sphera sit in loco.

Dꝺm ꝺm doctorem sanctū ꝙ huiusmodi dubitationis difficultas non accidit his qui tenent sententiā de spacio. qꝛ ponentes dimensiones separatas esse locū. ponebant celū per se ⁊ ꝓprie esse in loco. qꝛ distantia partiū celi intra celum est locus celi. sicut distātia poloꝝ ꝺm longitudinem. distantia occidentis ab oriente ꝺm latitudinē. et distantia meridiei a septētrione ꝺm ꝓfunditatem. Sed quia probatum est ꝙ locus non sit tres dimensiones. sed est sup̄ficies corporis continentis. ideo nō potest dici ꝙ celuꝫ sit in loco ꝺm istum modum. Etiam ꝺm istā positionem oporteret dicere ꝙ locus non sit aliquid p̄ter locatum. vel ꝙ alique dimensiones spacij sint per se existentes. ⁊ tamen subintrantes dimensiones corporū sensibiliū. que sunt impossibilia. Dicit ḡ Alexāder aliter ꝙ celum nō est aliquo modo in loco. nec simpliciter nec ꝺm partes. ⁊ maxime primū celum de quo hic loquimur. quia locus nō est de definitione corporis. ⁊ ideo potest reperiri aliquod corpus scꝫ primū celum absq̄ꝫ loco. Nec etiam dixit celum moueri ꝓpter diuersitatē prouenientem ex diuerso ortu astrorum. sicut nobis apparet sed dixit ipsam diuersitatem prouenire ex motu terre circulari. Et ista opinio reprobat secūdo celi. vbi probatur celum moueri. Est autē ista positio impossibilis. quia q̄ꝫuis motus diurnꝰ ortus ⁊ occasus solis posset nobis apparere ex motu terre. tamen motus planetarum in zodyaco nō potest saluari ex motu terre. quia aliqui planete citius pertranseūt zodyacum. sicut luna que ꝑtransit zodiacum in vno mense. alij autē in vno anno. sicut sol. ⁊ sic de alijs. Et propter hoc alij dicūt. vt Auicenna. ꝙ motus vltime sphere non sit motus in loco. sed motus in situ. cōtra Arestotelē. qui dicit in quinto huius ꝙ motus sit tm̄ in tribꝫ generibꝫ. scꝫ in quantitate qualitate ⁊ vbi. Sed h iterū est impossibile. qꝛ ad situꝫ ꝑ se nō est motus. sꝫ ad locū. Cuius rō est. qꝛ motus fit semꝑ in forma. que suscipit magis ⁊ minus. sed situs est q̄dam forma que cōsistit in indiuisibili. ergo non p̄t esse motus ad situm. Et ideo alij ponentes motum in celo dixerūt locū celi esse terram quia circa ipsam mouetur. Sed hoc est contra modū loquendi Aresto qui dicit aliquid esse in loco quia ꝯtinet a loco. sed manifestum est ꝙ centrū nō ꝯtinet sed ꝯtinet a celo.. ergo terra vel centrū nō est locus celi. Ad istā tamen opinionē videtur declinare dn̄s Albertus. qui dicit celum esse in loco rōne centri. que positio potest intelligi quo ad nos. qꝛ nos accipimus diuersas partes celi ꝺm cōparatōem ad diuersas plagas terre. sed impossibile est locum sic assignari ꝺm naturā rei. Et ideo Auerrois dixit ꝙ vltima sphera esset in loco per accidens. quia habet fixionem per alterum. scꝫ ꝑ immobilitatem centri. ergo videtur per accidens esse in loco inq̄ꝫtum centruꝫ circa qꝺ reuoluitur habet esse in loco. Sed hoc iterum stare non potest. quia sequeretur ꝙ vltima sphera solum moueret ꝑ accidens in loco. ⁊ sic motus ꝑ accidens esset p̄or motu per se Est ergo dicendum ꝺm Themistiū. cuius sententiam doctor sanctus magis approbat ꝙ vltima sphera sit in loco analogice ⁊ improprie. qꝛ ꝺm ꝑtes Est eñi de natura analogatoꝝ. ꝙ vltima analogata ꝑticipant rōnem analogi imꝑfecte. sicut accn̄s dꝛ ens analogice. qꝛ imꝑfectiorē rōnem entis habet q̄ꝫ substantia. ⁊ hō pictus dꝛ hō analogice. sic etiā dꝛ celū esse in loco analogice. qꝛ p̄mū celū hꝫ imꝑfectiorē rōnem essendi in loco. Qꝺ ꝓbat. qꝛ eo mō aliq̄d est in loco q̄ mō mouet ꝺm locū. sed celum mouetur localiter ꝺm partes. ergo ꝺm partes est in loco. et ideo q̄ꝫuis locus nō sit de ratiōe corporis. vt prius dictum est. est tamen de ratiōe corporis moti ꝺm locum. q̄re celum qꝺ mouetur ꝺm locū ꝺm ꝑtes. etiā est in loco ꝺm

partes ⁊ ideo q̄ ꝭm totū mouenť ꝭm locū illa etiā ꝭm to
tū ⁊ ꝑfecte sunt in loco. Et đt sctūs doctor Thomas ꝙ
multo ꝯueniēti⁹ est dicere ꝙ vltima sphera sit in loco ꝓpť
ꝑtes suas intrinsecas q̄ꝫ ꝓpter cētrū. qđ est oīno extra sub
stātiā eius Et magis ꝯsonat opinioī Aresto. vt pꝫ inspi
cienti loca in quib⁊ manifestat quō celū sit in loco Est tñ
hic ꝯsiderādū ꝙ ꝭm veritatē quā tradūt theologi ista q̄/
stio nullā hꝫ difficultatē. qꝛ ipi ponūt ꝑmū celum mobile
(de quo Aresto. loquiť) esse ꝑ se ⁊ simpl'r in loco. ⁊ h̄ ideo
qꝛ ꝯtineť ab aliq̄ celo imobili. scilꝫ a celo empirreo. Et iō
tale celū ꝑmū mobile est ꝑ se in loco. qꝛ ꝯtineť ab aliq̄ cor/
pore extra se. sed ꝑmū celū simp l'r. scꝫ empirreū nullo mō
est in loco. nec moueť aliquo modo. sed quiescit. qꝛ ordi/
nať ad quietē beatoꝝ. sed ꝑhi naturales nō cognoscētes il
lam q̇etem beatoꝝ ponebāt omē celū esse mobile. Et sic
Aresto. dicebat ꝑmā spherā celestē esse mobilē ex quo or/
ta est ista questio.

Ar. Noc est solū in loco qđ hꝫ corp⁹ extra ꝯtinēs ipsum. sed ꝑmū celū nō hꝫ corp⁹ extra se. ǵ nō
est in loco Dōm ꝙ dupl'r aliq̇d est in loco. vno° ꝑ se ⁊
ꝓprie. ⁊ qđ sic est in loco hꝫ corp⁹ extra se ꝯtinens. ⁊ sic ꝑ/
mū celū. de quo loq̇tur Aresto. nō est in loco. supposito ꝙ
sit ꝑmū simpl't. qꝛ nō hꝫ corp⁹ extra se ꝯtinēs. ǵ nō est in
loco. Alio mō aliquid est in loco analogice ꝭm ꝑtes ⁊ ꝭm
potentiā. ⁊ eo mō ꝑmo corꝑi qđ circulariter moueť debe
tur locus. Et qñ đr. celuꝫ ꝑ se moueť in loco. ǵ ꝑ se est
in loco. Dōm ꝙ celū nō moueť ꝑ se in loco. qꝛ moueri ꝑ
se est moueri ꝭm totū. ita ꝙ totū corp⁹ dimittit totū locū
sicut pꝫ de corꝑe qđ moueť motu recto. celū aūt qđ mo/
ueť circulariter nō moueť ꝭm totū. sed ꝭm partes. ⁊ ideo
ꝭm ꝑtes etiā est in loco. ⁊ nō ꝭm totū Et ǵ đt scūs Tho
mas. ꝙ in motu circulari totū mobile fit in diuersis locis
rōne ⁊ nō subiecto. qꝛ remanet ideꝫ locus subiecto. vt in
sexto huius diceť. sed ꝑtes mutant locū nō soluꝫ rōne sed
subiecto. ⁊ ǵ corꝑi qđ circulariter moueť non debeť locus
ꝭm totū sed ꝭm ꝑtes Et qñ replicať. corp⁹ ꝯtinuū to
tum moueť ⁊ totū est in loco. sed vltima sphera est corp⁹
ꝯtinuū. ǵ ⁊c. Dōm ꝙ licꝫ ꝑtes ꝯtinui nō sint in loco in
actu. tñ bene in potētia. ꝭm ꝙ ꝯtinuū est diuisibile. Et h̄
pꝫ de aqua cui⁹ ꝑtes inueniūtur moueri infra totā aquā
sic etiā vltima sphera est in loco ꝭm ꝑtes q̄ sunt in ipa ꝭm
potentiā Et si q̇s obijciat. id qđ est in actu est ꝑus eo
qđ est in potētia. ǵ videť incōueniens ꝙ ꝑmus mot⁹ loca
lis sit corꝑis existētis in loco ꝑ ꝑtes q̄ sunt in potentia in
loco. Dōm ꝙ hoc ꝯgruit ꝑmo motui ⁊ ꝑmo mobili. scꝫ
ꝙ sit minor variatio ꝭm ꝑtes q̄ sťs in loco i potētia. qꝛ ꝑ h̄
min⁹ hñt de difformitate. ⁊ plus retinēt de vniformitate

Ar. Omē ꝑ se est ꝑus illo qđ est ꝑ accñs. sed celum est ꝑmū mobile. ǵ erit ꝑ se in loco. ⁊ nō ꝑ accñs
Dōm ꝙ ꝑ accñs ⁊ ꝑ se pñt dupl'r ꝯparari. vno mō in
eodē genere. ⁊ sic ꝑ se est ꝑus eo qđ est ꝑ accñs. Alio mō
in diuersis generib⁊. ⁊ sic ꝑ se vno mō nō est ꝑus eo qđ est
ꝑ accñs alio mō. Sic aūt est in ꝓposito. qꝛ q̄uis celuꝫ sit
ꝑmū corp⁹. nō tñ est ꝑmuꝫ locabile corpus. ⁊ ideo in ge/
nere corꝑoꝝ est ꝑmū. ⁊ nō in genere corꝑoꝝ locabiliū Cu
ius rō est. qꝛ esse corp⁹ locabile includit quādā imꝑfectio
nē. ⁊ ideo nō đꝫ ꝑmo ꝯuenire ꝑmo corꝑi. sed esse corpus
locans đt ꝑfectōeꝫ. ideo ꝯuenit ꝑmo corꝑi. ⁊ ideo đꝫ sibi
ꝯuenire ꝙ sit minime in loco. qđ est eē in loco ꝭm ꝑtes

Ar Deus ꝯtinet ꝑmū celū. ǵ erit in loco ꝑ ꝯtinen
tiā Dōm ꝙ duplex est ꝯtinētia. q̇dā est cōti/
nentia localis. sicut vas cōtinet vinū. ⁊ sic de⁹ nō cōtinet
ista corporalia. sed ꝑ istā ꝯtinentiā aliq̇d est in loco. Alia
est ꝯtinētia effectiua gubernatiua ⁊ ꝯseruatiua. ⁊ tali cō
tinētia de⁹ cōtinet oīa etiā celum. sed ꝑ hoc non est aliq̇d
in loco ꝙ sic continetur

Manifestū aūt ex his q̄m̄ ⁊ dubitatōes oēs
soluūtur sic vtiqꝫ dicto loco Neqꝫ em̄ simul au
gmētari necesse est locū. neqꝫ pūcti eē locū neqꝫ
duo corꝑa in eodē loco. neqꝫ spaciū aliqđ eē cor
poreū loci mediū corp⁹ aūt qđcūqꝫ. sed nō spa
ciū corporis. ⁊ est locus alicubi. nō sicut in loco
sed sicut terminus in finito. Nō em̄ omē qđ est
in loco est. sed mobile corpus.

¶ Postq̄ꝫ ꝑhus oñdit q̇d sit locus. hic ex definitōne du
as soluit dubitatōes supra positas de loco. Et ꝑmo sol/
uit argumēta ꝓbātia locum nō esse. scđo assignat ꝓprieta
tes loci. Et inter illas rōnes ꝑmo soluit vltimā. q̄ fuit ꝙ
si locus esset. loc⁹ augereť. sꝫ loc⁹ est imobilis. ǵ nō augeť
et ꝑ ꝯñs nō est. Rñdet Aresto. ꝙ non oꝫ dicere locū ꝑ se
augeri si loc⁹ sit termin⁹ corꝑis cōtinētis. qꝛ qñ locatum
augeť tūc locus accipit maiores dimēsiones nō ex ꝑte sui
sed ex parte locati. ⁊ sic ꝑ accñs augeť. sed si loc⁹ essꝫ tres
dimēsiones separate. tūc seq̇reť ꝙ loc⁹ augereť directe cū
locato. ⁊ h̄ ideo. qꝛ locato moto dimensiones q̄ sunt intra
corp⁹ ꝑ se extēderenť. Sil'r soluiť rō scđa q̄ arguebat ꝙ lo
cus pūcti essꝫ aliud a puncto. que etiam procedit ac si lo/
cus essꝫ tres dimensiones separate. qꝛ tūc q̄libet ꝑs locati
correspondētiā haberet ad locū. tūc em̄ ꝭm oēs ꝑtes loc⁹
simpl'r penetraret locatū. sed ponēdo ꝙ loc⁹ sit suꝑficies
nō oꝑtꝫ assignare locū ꝓ pūcto ⁊ ꝓ q̄libet ꝑte. sicut ꝓ to/
to qđ suꝑficie circūscribiť. Sil'r soluiť ꝑma rō. que fuit ꝙ
duo corꝑa essent in vno loco. qꝛ illa rō ꝓcedit ac si locus
ꝭcaret tres dimēsiones. sed dcm̄ est in definitōe ꝙ loc⁹ sit
solū suꝑficies corporis ꝯtinētis. Sil'r qꝛ loc⁹ est termin⁹
corꝑis ꝯtinētis. faciliter soluiť q̇nta rō. q̄ fuit ꝙ loc⁹ esset
in loco. qꝛ loc⁹ q̄uis insit corꝑi locāti. nō tñ inest sibi sicut
loc⁹ ei⁹. sed est in corꝑe locāte sicut accñs i subiecto. Alie
aūt rōnes scꝫ tercia ⁊ q̇rta nō soluūtur. qꝛ q̇ ponūt locum
nō ponūt ipm vt aliqđ elementū vel vt aliq̇d ex elemētis
sed dicūt locū esse suꝑficiē corꝑis cōtinētis. Et iterū q̇r/
ta rō pt sic solui. qꝛ nō dicūt locuꝫ esse cām rerū. si tñ sit cā
tūc est cā locati in genere cause finalis. Et qꝛ h̄ diceť infe
ri⁹ in ꝓprietatib⁊ loci. ǵ nō fuit nccariū illā rōem h̄ solui

Et ferť igiť in suꝑꝑius locū vnumqđqꝫ rōna
biliter Cui ei ꝯsequēter ⁊ qđ tāgiť nō vi ꝓximū
est. Et simul apta nata ipossibilia sunt. q̄ ꝟo tā
gūtur ⁊ actiua ⁊ passiua sūt ad inuicē Et ma
net igiť natura in ꝓprio loco vnūqđqꝫ rōnabi/
liter Et nāqꝫ hec ꝑs in toto loco sicut diuisibi/
lis ꝑs ad totū est. vt cū aque aliq̇s moueat par
tem aut aeris. sic autem ⁊ aer habet ad aquam
vt materia enim. hic autem species. Aqua q̇/

quidem materia aeris. aer autem ſicut actus quidam ipſius. Aqua enim potentia aer eſt. aer vero potẽtia eſt aqua alio modo. Determinandum autē de his poſterius eſt. Sed propter tempus neceſſe quidem dicere. Incerte aūt nūc dcm̄ tūc erit certiꝰ. Si igitur idē materia et actꝰ. Aqua eñ vtraqꝫ Sed hoc q̇dē potētia illud ꝟo actu. habebit itaqꝫ ſicut ꝑs quodāmō ad totū vnde ⁊ his tactꝰ ineſt Copulatio autem cū vtraqꝫ actu vnū fiant. Et de loco q̇ dē ⁊ q̄uo eſt. ⁊ quid eſt dictum eſt.

¶ Hic ex diffinitōne poſita aſſignat ꝓprietates loci. Et ponit duas ꝓprietates. quarꝫ pma eſt. ꝙ vnūqdꝗ corpꝰ naturale naturaliter fertur in ſuū locum. Scđa eſt. vnūqdꝗ corpꝰ natural'r q̇eſcit in ſuo loco. Dicit ḡ pmo ꝙ ſi ponatur locꝰ eſſe terminꝰ ꝯtinētis. rōnabiliter aſſignari pt cā q̄re vnūqdꝗ corpꝰ feratur ad ꝓpriū locū. q2 vnūqdꝗ corpꝰ naturaliter fertur ad illud in quo ꝯſeruatur ⁊ ꝑficitur. ſꝫ locatū ꝯſeruatur ⁊ ꝑficitur in ſuo loco. ⁊ natural'r fertur ad ſuū locū. ḡ ⁊c. Maior pꝫ ex rōne naturalis appetitꝰ. q2 in q̄libet ꝑte appetitꝰ naturalis inclinat habentē ipm in ſuā ꝑfectiōeꝫ et dirigit rem in ſuū finē. Minor ꝓbatur. q2 corꝑa naturalia ꝑ hoc ꝯſeruantur ꝙ tangūtur a ꝓximis corporibꝰ locātibꝰ. q2 ſic inſtituit deꝰ vniuerſum vt ſuꝑiora corꝑa ꝯſeruarent inferiora ꝓxime eis ꝯiūcta. ⁊ hoc declarat naturalis ſitus corpoꝝ in vniuerſo. q2 natural'r corꝑa ſic locātur ꝙ vnū naturaliter ſituatur ab alio Iſta aūt rō nō poſſit aſſignari ſi locꝰ eſſꝫ tres dimenſiones intra corpꝰ exiſtentes. Nūc ibi ⁊ manet igitur. Ponit rōnem ſecūde ꝓprietatis. ſcꝫ ꝙ vnūqdꝗ natural'r q̇eſcit in ſuo loco. Et ſtat rō in hoc. q2 ꝑtes natural'r q̇eſcūt ſub vna forma. ſꝫ locatū hꝫ ſe ad locū ſicut ꝑs ad totum. ⁊ ſicut materia ad formā. ḡ locatū naturaliter q̇eſcit in ſuo loco. Minor pꝫ. q2 vnūqdꝗ imꝑfectū hꝫ rōnem ꝑtis ⁊ rōnē materie in ordine ad ꝑfectū. cū ḡ locatū ſemꝑ ſit imꝑfectuꝫ in ordine ad locū ſiue corpus locās. ḡ locatū hꝫ rōnem ꝑtis ⁊ imꝑfecti et locꝰ hꝫ rōnem totius ⁊ ꝑfecti. Et hoc patꝫ in elemētis q2 ſuperiꝰ elemētū qđ ē locꝰ inferioris ꝯparatur ad inferiꝰ ſicut actꝰ ad potentiā. ⁊ inferius ad ſuperiꝰ ſicut potētia ad actū. Maior pꝫ. q2 vnūqdꝗ q̇eſcit in illo in quo conſeruatur. ſed ꝑs ꝯſeruatur in toto ⁊ materia ſub forma. Eſt tñ verū ꝙ etiā aer eſt quodā alio mō in potētia ad aquā vt determinabitur poſterius in libro de generatōe. Sꝫ ad ꝑſens tēpꝰ nccē eſt hoc accipe ad oſtēſionē ꝓpoſiti. hoc tñ hic nō declaratur ꝑ certitudinē. ſed in libro de generatōne declarabitur certiꝰ. q2 elemēta poſſunt dupl'r capi. vno mō abſolute ex parte materie. ⁊ ſic vnū elementū eſt in potētia ad alterū ⁊ ecōtra. q2 materia ſuꝑioris elemēti pt ſubſtare forme inferioris elemēti. Alio mō capiūtur elementa q̄ꝫtum ad intentōem nature q̄ generat vnuꝫ ex alio. et ſic inferiꝰ elemētū eſt in potētia ad ſuperius ⁊ nō ecōtra. q2 natura ſemꝑ intēdit qđ meliꝰ. ſꝫ meliꝰ ē ſuperiꝰ elemētū generari ex inferiori q̄ꝫ ecōtra. Et hoc eſt qđ đt Ariſtoteles in pmo de generatiōe. ꝙ tūc eſt generatio triſtis ſiue ſm quid. qñ generatur inferius elementū ex ſuꝑiori. q2 tūc imꝑfectū generatur ex ꝑfecto. ſed eſt generatio dulcis et ſimpl'r. qñ ſuꝑius elemētū generatur ex inferiori. q2 tūc ꝑfectū generatur ex imꝑfecto. Sic igitur aq̄ ſimpl'r eſt in potētia ad aerē ſicut imꝑfectū ad ꝑfectuꝫ. quare aer hꝫ ſe vt forma ⁊ vt totū qđ hꝫ rōnem forme. aq̄ vero ſe hꝫ vt materia ⁊ vt ꝑs q̄ ꝑtinet ad rōnem materie. Quāuis igitur idē ſit materia ⁊ actus. q2 aq̄ ꝯtinet vtrūqꝫ. tñ aq̄ magis ꝓprie ſe hꝫ vt materia ⁊ ꝑs. quare naturaliter q̇eſcit in aere. Ultimo epilogat. vt pꝫ in littera.

Queritur. Utrū iſte ꝓprietates due de loco poſite ſint bñ aſſignate. Dđm ꝙ ſic. ⁊ rō eſt. q2 vnūqdꝗ naturaliter appetit ꝑfici. ⁊ ideo in oībꝰ rebꝰ creatis eſt appetitus naturalis. q2 ḡ locatum accipit ſuā ꝑfectōem ⁊ ꝯſeruatōem ex loco. ideo naturaliter tendit ⁊ mouetur ad ſuū locū. Et q2 eiuſdē eſt moueri ad terminū ⁊ q̇eſcere in termino. ergo ſicut aliq̇d natural'r tendit in ſuū locuꝫ. ita naturaliter q̇eſcit in eo. ſed q2 natura nō deficit in neceſſarijs. ideo rebꝰ indita eſt inclinatio naturalis vt moueantur ad ſua loca ⁊ q̇eſcant in illis. Ex quo pꝫ ꝙ ex pma ꝓprietate pt inferri ſecūda. q2 ſcꝫ res naturaliter ferūtur ad ſua loca. ideo q̇eſcūt naturaliter in ipſis.

Ar. Qñqꝫ aliq̇d eſt in ꝓprio loco ꝑ violentiā. ḡ nō ſemꝑ naturaliter q̇eſcit ⁊ ꝯſeruatur in ꝓprio loco Añs ꝓbatur de lapide ſurſum ꝓiecto ⁊ ibi ꝯſeruato ab aere. Dđm ꝙ dupl'r aliq̇s đr locus ꝓpriꝰ. vno mō capiēdo locū materialiter. ſcꝫ ex ꝑte ſuꝑficiei circūſcribētis. et ſic pt aliq̇d eſſe in loco ꝓprio ꝑ violentiā. q2 pt in illo ꝑciſe circūſcribi. q̄re đr locus ꝓpriꝰ ſm circūſcriptōnem. ⁊ ſic nō eſt intelligenda pma ꝓprietas. Alio mō đr aliq̇s locꝰ ꝓprius ex ꝑte virtutis ꝯſeruatiue. ⁊ ſic ſemꝑ aliq̇d q̇eſcit in loco ꝓprio naturali. ⁊ etiā mouetur ad locū ꝓprium naturaliter. ſic autē aer nō pt eſſe locus ꝓprius ipſius lapidis ſed terra

Ar. In q̄ntitate solū est motus. q2 ibi solū est magis ꝛ minus. inter q̄ est mot9. g̊ nō erit ī alijs p̄dicamentis Dōm q dupl'r aliq̄d dr̄ suscipe magis et minus. vno mō extensiue. ꝛ tunc p̄prie suscipit maius et minus nominaliter. ꝛ sic solū in quātitate repiuntur. Alio° intensiue. ꝛ sic inuenit̄ mag3 ꝛ min9 in q̄litate. q2 vna q̄litas est pfectior alia q̄litate q̄ntū ad modū essendi

Ar. In vbi nō est motus. pbat̄. q2 in relatiōe nō est motus. sed vbi est relatio. g̊ ꝛc̄. Dōm q̄uis p̄dicamento vbi ɔiungat̄ q̄dam relatio fm dici. tm̄ nō ꝑcat illā relatōem. sed quandā entitatē realē in locato distinctaȝ a loco ꝛ locato. ꝛ illa entitas potest terminare realem motum.

Ar. Motus localis est de p̄dicamento q̄ntitatis g̊ ɔtinet̄ sub motu q̄ est ad p̄dicamentū q̄ntitatis. Añs pbat̄. q2 terminat̄ ad locum q̄ est quātitas. Dōm q q̄uis motus localis denominet̄ a loco. non tm̄ terminatur intrinsece ad locū. Ratio p̄mi est. quia locus est notior q̄ vbi causatum a loco. sed ex notioribus nobis imponimus nomina. Rō scd̄i est. q2 termin9 nō debet p̄existere motui. sȝ dȝ acq̄ri p motū. sȝ locus preexistit motui locali. g̊ nō est terminus motus localis. sed vbi acq̄ritur p motū localem. g̊ ꝛc̄. Unde ɔsiderandū q nō sunt multa vbi in motu locali fm actū. q2 al's eēnt multi motus locales fm actū. cū vbi in actu sit termin9 illius motus. sed solū sunt multa vbi fm potentiā q̄ nō sunt termini motuū. sȝ dr̄ñā ad vltimū terminū q̄ est vn9

Et qñ dr̄. sunt multe circūscriptōes in vno motu locali. g̊ erunt multa vbi in eodē motu locali Dōm q̄uis ibi sint multe circūscriptōes. tm̄ q2 in illis nō est status. iō nō fiunt vbi in actu ex illis circūscriptionib9. sed in potentia tm̄. Ultima aūt circūscriptio in qua est status facit vbi in actu ꝛ pfectū. sed illa media vbi habēt se vt impfecta deferentia ad vbi perfectum.

Ar. Sideus moueret totū mundum local'r. tūc mundus nō moueretur ad vbi. q2 non est aliquis locus extra mundum. ꝛ p ɔñs nec vbi qd̄ causat̄ ex loco Dōm q in tali casu crearetur a deo nouus locus. ad quem mundus moueretur. q̄uis nunc nō sit aliquis locus extra mundum

Ar. Augmentatio ꝛ diminutio nō sunt mot9 diuersax speciex. Probat̄. q2 si fieret augmentatio ad magnitudinē ꝛ diminutio a magnitudine. tūc termini illox eēnt vnius spēi. g̊ ꝛ mot9 Dōm fm quosdam q quantitas magna ꝛ parua dupl'r possunt accipi vno mō fm se. ꝛ sic sunt vnius spēi. sicut q̄ntitas triū pedum ꝛ decē pedū in longitudine. Alio° accipiunt̄ p cōparatōem ad numex q̄ est in illis q̄ntitatib9. ꝛ sic distinguuntur specie. quia trinitas ꝛ denarius distinguuntur specie. Sed illud nō videtur esse verum. q2 tunc solum esset distinctio quātitatis ɔtinue p quātitatem discretā. sed augmentatio ꝛ diminutio p̄prie respiciunt quātitatem ɔtinuam. ergo nō distinguerent̄ spē in p̄prio genere scȝ quātitatis ɔtinue Et ideo melius dr̄ q dupl'r aliqua distinguunt̄ spē. vno° q2 distinguuntur naturis specificis. ꝛ sic quātitas magna ad quā est augmentatio. ꝛ parua ad quā est diminutio non distinguunt̄ spē. si fiant fm eandem spēm q̄ntitatis Alio mō distinguunt̄ aliqua spē fm q distinctio specifica extendit se ad distinctōem fm pfectū ꝛ impfectū. ꝛ sic etiaȝ augmentatio ꝛ diminutio dististinguunt̄ spē. ꝛ simil'r ip̄arum termini. Et q a termino motus sic accipiat quādoq3 spēm. ptȝ ex eo quod dictum est supra in eodē tractatu. q medium cōpatum vni extremox hȝ rōem alteri9. sȝ manifestū ē q extrema motuū sunt ɔ̄ria. g̊ vnū ꝛ idē q̄dāmō hȝ ī se ɔ̄ria. sȝ ɔ̄ria drn̄t specie. g̊ idem est differens a seip̄o spē. Ergo multo magis p̄t sumi distinctio specifica inter pfectū ꝛ ipfectū

P Ost hec autē dicamus quid est simul. et qnid est tangere. ꝛ quid est medium. et quid ɔsequenter. ꝛ quid habitum. ꝛ quid cōtinuū ꝛ ī q̄libet re vnūq̄dq3 hox eē aptū natū sit

Postq̄ in p̄mo tractatu ph̄us diuisit mutatōnem ꝛ motū in suas spēs. hic ꝓcedit in isto tractatu scd̄o ad determinandū de vnitate motus. Et circa hoc duo facit. qꝛ p̄mo p̄mittit q̄dā necessaria ad sequētia. Scd̄o ꝓseq̄tur de p̄ncipali ꝓposito. ibi. Unus aūt mot⁹. Circa primum tria facit. qꝛ p̄mo d̄r de q̄ sit intentio. Scd̄o exeq̄r ꝓpositū. ibi. Sil' q̄dē igit'. Tercio recapitulat. ibi. Quid q̄dē igit'. Dicit g̊ p̄mo ꝙ d̄m est post p̄dicta q̄d sit sil' et q̄d extractū vel sepatū. ꝛc̄ijs. qꝛ p̄mittit definitōnes nouem terminoꝝ q̄ sunt sil'. sepatū. tangere. mediū. cōtinue moueri. ꝯ̄ria ꝓm locū. ꝯ̄nr. habitū. ꝛ ꝯtinuū. Et hoc iō facit. qꝛ vti' istis terminis in p̄ncipio sexti. vbi probat ꝙ ꝯtinuū nō est ex indiuisibilib⁹ cōpositū. cū idiuisibilia nō p̄nt esse ꝯiuncta in ꝯtinuo. nec ꝑ modū ꝯtactus. nec ꝑ modū ꝯ̄nr se habētiū. nec ꝑ modū ꝯtinuitatꝫ. ꝛ sic vti' istis in demōstratōnib⁹ ꝯsequentib⁹. Sicut in sili in p̄ncipio Euclidis ponunt' definitōes q̄ sunt sequentiū demonstrationū p̄ncipia. Scd̄o iō. qꝛ Aresto. infra ꝓbat ꝙ idē est motū esse vnuꝫ ꝛ ꝯtinuū. oportet g̊ scire q̄d sit vnū. q̄d sit ꝯtinuū. ꝛ qꝛ ꝯtactū ꝛ ꝯ̄nr p̄supponunt' a cōtinuo sicut ab inferiori. ideo etiam determinat de illis

Simul q̄dem igitur dicuntur hec eē ꝓm locum. quecunq̄ in vno loco sunt p̄mo Separata autē quecunq̄ sunt in altero. Tangere autē quorum vltima simul.

Hic exeq̄tur intentū definiēdo illos terminos. ꝛ primo definit sil' ꝛ sepatū. q̄d iō facit. qꝛ p̄ncipal' itēdit hic determinare de tangere. ſꝫ sil' ponit' in definitōne tāgere g̊ p̄us determinādū est de sil'. Dicunt' g̊ esse sil' q̄ sunt in vno loco p̄mo. i. ꝓprio. Et ꝑ oppositū dicunt' sepata que sunt in alio ꝛ alio loco. Sed tangere dicuntur quorum vltima sunt simul.

Ar. Duo corpa non p̄nt esse natural' in vno loco ꝓprio. g̊ nō sunt aliqua corpa natural' simul. Dōm ꝙ duo corpa esse simt' p̄t dupl' intelligi. vno⁰ ꝓm totū. i. ꝓm oēs dimēsiones. ꝛ sic est impossibile duo corpa esse sil' natural'. sicut ꝓbatū est p̄us in quarto libro. Alio⁰ aliqua p̄nt esse sil' ꝓm vltima. ꝛ sic q̄libet extrema siue vltima duaꝝ quātitatū p̄nt esse sil'. qꝛ duo vltima corpis. s. due supficies p̄nt esse sil'. ꝛ duo vltima supficieꝝ. s. due linee. p̄nt eē sil'. sil' duo vltima lineaꝝ. s. duo puncta. p̄nt esse sil'. ꝛ sic dicimus ꝙ locus ꝛ locatū sunt sil'. qꝛ supficies corpis locātis ꝛ locati nō d̄r̄nt q̄ ad sitū.

Ar. Duo corpa sunt sil' ꝓm totū. ꝓbat'. qꝛ sil' sunt in vna domo. Dōm ꝙ duo corpa nunq̄ p̄nt simpl' dici sil' ꝓprie loquendo de sil'. sicut p̄us definitum est. qꝛ nō sunt i vno loco ꝓprio. ſꝫ bn̄ sunt sil'. i. in vno loco cōi. ꝛ hoc est improprie sil'. qꝛ si hoc sufficeret ad esse sil'. tunc oia p̄nt dici sil' q̄ ꝯtinent' sub celo. Ex eodē fundamento nō dicunt' aliqua sil' tp̄e. qꝛ alias omnia temporalia nunc existentia possent dici simul tempore.

Ar. Aresto. d̄r ꝙ mouens ꝛ motū sunt simt'. ꝛ illa sunt corpa. g̊ duo corpa p̄nt esse sil'. i. in vno loco. Dōm ꝙ sil' capit' dupl'. vno⁰ ꝓm ꝙ ꝓcat indistantiā aut ꝯiunctōem sine medio. ꝛ sic dicunt' illa sil' q̄ nō habent aliq̄d mediū. q̄d facit ea distare. ꝛ sic capit Aresto. sil' in septimo huius. quo mō mouens ꝛ motū sunt simt'. Alio⁰ dicunt' sil' q̄ sunt in eodē loco ꝓprio. ꝛ sic capit' hic.

Medium vero in quod aptum natum ē primum ꝑtingere mutans. q̄ꝫ in quod vltimuꝫ mutat ꝓm naturam continue mutans In minimis autem est medium tribus. vltimum quidē enī mutatōnis contrarium est.

Hic definit mediū q̄d ponit' in definitōe ip̄ius ꝯ̄nr. dicens ꝙ mediū ē illud in q̄d p̄mū aptū natū ē ꝑuenire ill̄d q̄d ꝯtinue mutat' ꝓm naturā q̄ꝫ in vltimū terminū mot⁹ Et g̊ vbi est mediū ibi inueniunt' tria. s. duo extrema cōtraria ꝛ medium. q̄n̄q̄ tn̄ inter duo extrema sunt multa media. sicut inter albū ꝛ nigꝝ sunt multi medij colores.

Ar. Sunt multa media in q̄ nō ꝑuenit' ꝑ motū. sicut mediū syllogismi ꝛ mediū in numeris. igitur ꝛc̄. Dōm ꝙ hic nō definit' mediū general' acceptum. qꝛ sic inuenit' mediū in syllogismis ꝛ in numerꝫ. ſꝫ hic definit' mediū special' acceptum ꝓ medio phisico in motu reperto. quia sic necesse est p̄mo medium attingere q̄ꝫ vltimum terminum.

Ar. Q̄n̄q̄ ꝓcedit' de termino in terminum absq̄ medijs. vt pꜫ in tinctura pannoꝝ. vbi ꝓcedit' ab albo in nigrū absq̄ medijs ꝛ q̄n̄q̄ ꝑ vnū mediū. s. rubeum Dōm ꝙ ista definitio p̄ncipal' intelligit' de medio in motu locali. qꝛ ibi oportet oīa media necessario ꝑtransire. Etiam p̄t intelligi de motu alteratōnis si fiat ꝓm naturā. vt pꜫ in fructib⁹. natura eīn ꝓcedit in ceruisis de albo in viridē colorē. de viridi in glaucū. de glauco in rubeum. de rubeo in nigrum.

Cōtinue autē mouetur. quod nihil aut paucissimum deficit rei, non temporis Nihil enī ꝓhibet deficientē rei non temporis. ꝛ statim aūt post hypatim. id est p̄mam sonare vltimā. sed rei in qua mouetur. Hoc autē ꝛ in his que sunt ꝓm locum ꝛ in alijs mutationib⁹ manifestuꝫ est.

Contrarium āt ꝓm locum est. ꝓm rectitudinem distans plurimum. Minima enī finita. Metrum autem finitum est.

Hic ꝯ̄nr oñdit q̄d sit ꝯtinue moueri. eo ꝙ ponit' i definitōe medij. dicens ꝙ ꝯtinue moueri est q̄n̄ in motu nihil aut paucissimū deficit rei nō tp̄is. Pro intellectu huius sciendū. ꝙ ad hoc ꝙ motus sit ꝯtinuus duo req̄runt'. p̄mo ꝙ nō sit aliqua interruptio in tp̄e. i. ꝙ tp̄s sit ꝯtinuū. Scd̄o ꝙ nō sit interruptio in magnitudine siue in spacio sup̄ q̄d fit motus. Est tn̄ d̄r̄a in istis. qꝛ si aliq̄d deficiat in tp̄e tunc oīno ipedit' ꝯtinuitas motus. sed si deficiat in ꝯtinuitate magnitudinis supra quā fit motus. nō impeditur ꝯtinuitas eius. qꝛ si citharisans post hypatim. i. post cordā h̄n̄tem grauē sonū tāgat vltimā acutā intermissis cordis q̄busdā in medio nō impedit' ꝯtinuitas illius mot⁹. Et hoc ē q̄d d̄r ꝙ in ꝯtinuo motu nō p̄t aliq̄d tp̄is deficere. q̄uis bn̄ magnitudis. sicut aliq̄s ꝑ passus ambulans ꝑ aliquā viā ꝯtinuo tp̄e nō tāgit oēs ꝑtes cōtinuas spacij siue magnitudinis. ꝛ tn̄ d̄r

motus ꝯtinuus. qꝛ nihil tpis deficit. Tūc ibi. Cōtrarium āt. Definit ꝯ̄ria ſm locum. ⁊ hoc iō. qꝛ ſi inter loca nō eſſet ꝯ̄rietas. tunc nō eſſet motus localis. cum q̇libet motus ſit inter ꝯ̄ria. ⁊ ſic tolleret̄ h̄ qđ ē ꝯtinue moueri. Dicit ḡ ꝙ ꝯ̄ria ſm locū dicunt̄. q̄ plurimū. i. maxime diſtant ſm lineā rectā. qꝛ diſtantia ſm lineā circularē non ē certa nec maxima. eo ꝙ ſꝑ pōt dari maioꝛ. qꝛ ſi inter duo puncta trahat̄ circulus. tunc ille poteſt ſemper ⁊ ſemper eſſe maioꝛ in infinitum.

Nō. Ex iſta definitōe ſeq̄ret̄ ꝙ ſolū motus elemētoꝝ haberet ꝯ̄rietatē. qꝛ ille ſolū hʒ maximaʒ diſtantiā ſm lineā rectā. Dōm ꝙ illa diſtātia ſm lineam rectā nō dʒ intelligi de diſtātia ſimplr̄ dicta. qꝛ tunc motus iſtoꝝ inferioꝝ nō haberet maximā diſtantiā. ſed dʒ itelligi ꝯꝑatie ꝯꝑando. ſ. mobilia ad determiata loca.

Conſequēter autē qđ cum poſt pncipium ſolum ſit. aut poſitōne aut ſpecie aut aliquo ſic determinatoꝝ. nullum mediū eſt eoꝝ que ſunt in eodem genere. ⁊ cuius ꝯſequēter eſt. Dico āt in linea linee. ſm ꝙ ſunt linee aut vnitatis vnitas ſm ꝙ ſunt vnitates. aut domus domus Aliud autē nihil prohibet eſſe medium. cōſequenter autē eſt alicui. cum poſterius aliquid eſt Non eñ vnum conſequēter eſt duobꝫ. neq̄ʒ noua luna ſecunde cōſequēter. licet hec illi. Habitū autē eſt quod conſequēter eſt cum tangat. qm̄ autē omnis mutatio in oppoſitis eſt. oppoſita autē contraria. ⁊ que ſm cōtradictōem ſunt. cōtradictōnis autē nihil medium. manifeſtuʒ eſt ꝙ in contrarijs erit medium.

Hic definit hoc qđ ꝯ̄ñr ſe hʒ ⁊ quādā ſpēm eiꝰ. ſ. habitū. Et vult ꝙ ꝯ̄ñr dicunt̄ qñ vnū ē poſt aliud inter q̄ nihil mediat eiuſdē generis. Et ſic ad ꝯ̄ñr duo req̄runt̄ pmo ꝙ ipm qđ dꝛ ꝯ̄ñr ſit poſt aliud. ⁊ iō vnū nō eſt ꝯ̄ñr ad duo. hoc aūt ꝯtingit vel ſm poſitōem. ſicut vnum corpus eſt poſt aliud vel ſm ſpēm ſicut vnus numerus eſt poſt aliū. vel ſm dignitatē. ſicut miles eſt poſt regem. vl̄ ſm cognitōnem. ſicut hō eſt poſt aīal. Scđo req̄ritur ꝙ inter ipm ⁊ illud qđ dꝛ ꝯ̄ñr nihil mediat qđ ſit eiuſdem generis. ⁊ iō due domus dicunt̄ ſe habere ꝯ̄ñr vbi nō mediat aliqua alia domus. lʒ aliq̇d aliud alterius ſpēi mediare poſſet. ſicut hō vel aſinus. Et ḡ vnū nō hʒ ſe ꝯ̄ñr ad duo. qꝛ q̄uis ſcđa ꝯditio ꝯueniat vni. qꝛ inter vnum et duo nihil mediat eiuſdē generis. nō tñ ſibi ꝯuenit prima. qꝛ vnū nō eſt poſt duo. ⁊ iō duo dicunt̄ ꝯ̄ñr ad vnū ⁊ tria ad duo. ⁊ nō ecōtra. Tunc ibi. Habitū āt. Definit habitū qđ eſt ſpēs ipius ꝯ̄ñr. dicens ꝙ habitum eſt ꝯ̄ñr cū tangit habitū. ḡ ſuꝑaddit ꝯ̄ñr ꝯtactū. ⁊ ideo iter habita nihil debet mediare. neq̄ʒ eiuſdē generis neq̄ʒ alterius generis. Et ex illis ꝯcludit ꝙ om̄e mediū eſt iter ꝯ̄ria. ⁊ hoc iō. ex quo mediū de quo hic eſt ad ꝓpoſitum ſꝑ eſt in motu vt dictū eſt. ſed motus eſt inter ꝯ̄dictoꝛia vel ꝯtraria. ⁊ qꝛ inter ꝯtradictoꝛia non eſt medium. ergo medium erit ſolum inter contraria.

Continuū autē eſt quidem habitum aliqđ. Dico aūt eſſe continuum quod idē fiat ⁊ vnus vtriuſq̄ʒ terminus eoꝝ que tanguntur. ⁊ ſic ſignificat nomen cōtinuum. quia contineat̄ Hoc autē eſſe non poteſt. cum duo ſint vltima Sed hoc determinato manifeſtum eſt ꝙ in his eſt q̇dem continuū. ex q̇bus vnum aliquod aptū natum eſt fieri ſm cōtactum Et ſicut aliquādo fit continuum vnum. ſic ⁊ totum erit vnum. vel aut penetratione aut latione aut tactu. aut adnaſcentia. aut inſertu. Manifeſtū autem ⁊ qđ pmum cōſequēter Contactum q̇dem eñ eſt neceſſe cōſequenter eſſe. quod cōſequēter aūt non om̄e tangere. vnde ⁊ pͦribus ratōne cōſequēter eſt vt in numeris. tactus autē non eſt. Et ſi q̇dem cōtinuum eſt. neceſſe eſt tāgere. Si vero tangit nondū cōtinuum eſt Non eñ neceſſe eſt vnum eſſe ipoꝛum vltima. ſi ſiml̄ ſunt. ſed ſi vnum ſunt neceſſe eſt ⁊ ſimul eſſe. Quare inſertus vltimus eſt ſm generatōem. neceſſe eſt eñ tangere ſi adnata erunt vltima. contacta autem non om̄ia adnata ſunt In quibus autē nō eſt tactus. manifeſtū eſt ꝙ nō ē cōſertus in his

Hic manifeſtat aliū terminū pncipalr̄ intentū. ſ. q̇d ſit ꝯtinuū. Et dꝛ ꝙ ꝯtinuū ſit aliq̄ ſpēs habiti. qꝛ qñ fit vnus ⁊ idē terminus duoꝝ q̄ ſe tangunt tunc dꝛ eſſe ꝯtinuum. Uult ḡ ꝙ ꝯtinua dicunt̄ quoꝝ vltima ſunt vnū qđ ꝓbat ex noīe ꝯtinuitatꝫ. qꝛ ꝯtinuū dꝛ a ꝯtinuando. ſiue ab vniendo. ſed ſolum eſt ꝯtinuatio in his q̄ habent vltima vnū. Patet etiā idē ex oꝛdine cōitatis iſtoꝝ terminoꝝ. qꝛ ſicut ꝯtactū addit ſupꝛa ꝯ̄ñr ſimultatē. ita cōtinuum addit ſupꝛa ꝯtactum vnitatē. Et qꝛ ꝯtinua ſtꝫ q̇ꝝ vltima ſunt vnū. iō ſeq̇tur ꝙ illa ex q̇bꝫ nō ē natū fieri vnū. nō pñt ad inuicē ꝯtinuari. Fit autē diuerſimode vnū ex multis. ſ. vel ꝑ aliquā ꝯclauatōem aut incollationem vel ꝑ quecūq̄ʒ modū ꝯiungendi q̄ fit qñq̄ʒ ꝑ iplātationē. ſicut ſurculꝰ inſerit̄ arboꝛi. qñq̄ʒ ꝑ naturalē generatōem. ſicut ramꝰ adnaſcit̄ ⁊ ꝯtinuat̄ arboꝛi. Tunc ibi. Et ſi q̇dē. Cōparat iſta tria ad īuicē. ſ. ꝯ̄ñr ꝯtactū ⁊ ꝯtinuū. Et vult ꝙ ꝯ̄ñr ē pͥus via gñatōis ⁊ cōitatꝫ ſm pdicatōeʒ. deiñ ꝯtactū. deiñ ꝯtinuū. qꝛ oē ꝯtinuū ē ꝯtactū. ⁊ oē ꝯtactū ē ꝯ̄ñr. ſed nō econtra. Addit eñ ꝯtactū ſupꝛa ꝯ̄ñter ſimultatē. ſed ꝯtinuum addit ſupꝛa contactum vnitatem. quia illa ſunt continua. quoꝛum vltima ſunt ſimul ⁊ vnum. habent eñ ſe ſicut ſuperius ⁊ inferiꝰ

Si aũt hoc q̄d dico sil'r importat habitudinē distinctoꝝ tunc nō p̄nt eē vnũ q̄ sunt sil'r ⁊ ꝑm hoc nec ꝯtacta eē p̄nt q̄ sunt ꝯtinua. Quare ꝯcludit ꝙ insertꝰ .i. ꝯtinuatio ꝑm quā vna ps inserit alteri in vno termino est vltimus in ordine generatōis ꝓut specialia sunt posteriora cōmunibꝫ. sicut ꝑus generat aīal q̄ȝ hō. Et iō dr̄ vltimū insertum. q2 illa necessario se tangunt quoꝝ vltima sunt adnata .i. naturalr̄ vnita. ſ3 nō ecōtra. S3 in his in q̄bus nō p̄t esse ꝯtactus nō p̄t esse ꝯsertus .i. ꝯtinuatio

Quare si et vnitas ⁊ pũctum q̄lia dicũt separata. Non possibile eē vnitatē et pũctũ idē his quidem inest tāgere. vnitatibꝫ aũt ꝯñr. et horũ quidem contingit esse mediũ. Ois em̄ linea mediũ punctorũ est harũ aũt nō est necesse Nullũ em̄ mediũ est dualitatis ⁊ vnitatis. Quid q̄dem igitur est simul ⁊ extra. q̄d tāgere et q̄d mediũ et q̄d ꝯñter. ⁊ q̄d habitũ et quid cōtinuũ. et in qualibet vnũquodq3 eoꝝ inest dictum est

Cōcludit q̄ddā correlariũ ex dictis. ⁊ dr̄ ꝙ si vnitas et punctus sint sepata ꝑm eē a materia. adhuc vnitas nō erit punctus. Qd̄ ꝓbat duabꝫ ratōnibꝫ. quaꝝ ꝑma est. q̄cunq3 sunt eadē vna ꝯditio repitur in vtrisq3. sed alia ꝯditio repitur in punctis .s. ꝯtactus. q2 duo puncta p̄nt se tangere q̄ sunt extrema lineaꝝ. ⁊ alia in vnitatibꝫ .s. cōsequēter. q2 in numeris vnũ est ꝑus alio ꝑm ordinem. ⁊ ideo inter ea nihil mediat eiusdē generis. nō aũt tangũt se. q2 nō sunt extrema q̄titatis continue. que solum tangunt se. vt supra dictum est. igitur ⁊c̄. Scd̄a ratio stat in hoc. inter duo puncta necesse est mediare aliquod medium. quia linea mediat inter duo puncta. sed īter duas vnitates nō est necesse esse aliquod mediũ. Ultimo epilogat q̄ dicta sunt ⁊ est planum in lr̄a

Ar. Dictũ est ꝑus ꝙ duo puncta se tangunt. sed que tangunt se nō habent medium Dr̄m ꝙ duo puncta accipiunt dupl'r. vno mō ꝑm ꝙ reperiunt in vna linea. ⁊ sic īpossibile est duo pũcta se tangere absq3 medio. sicut patebit sexto huius. Alio mō accipiuntur duo puncta in diuersis lineis ꝓut sunt termini diuersaꝝ lineaꝝ. ⁊ sic possunt se tangere. Exempli gratia. si quis imaginet lineā cadere ꝑ aerē ⁊ aquā ꝯtinue. tunc in contactu aeris ⁊ aque punctũ ipius aeris in linea aeris tanget punctũ aque in linea aque

v Unus aũt motꝰ dr̄ multipl'r. vnũ q̄dem em̄ multipl'r dicimꝰ Genere q̄dem igit vnꝰ ē ꝑm figuras p̄dicamēti Loci mutatō q̄dem em̄ omi loci mutatiōi genere vna est Alteratō aũt a loci mutatōne altera genere est

Postq̄ȝ ph̄s p̄misit aliq̄s definitōes necessarias ad sequētia. ꝯñr determinat de vnitate ⁊ diuersitate motuũ et q2 ꝯrietas est spēs diuersitatis. ideo postea determiat de ꝯtrarietate motuũ. Circa ꝑmũ ꝑmo distinguit triplicem vnitatē ipius motus. dicens ꝙ vnus motus dr̄ multipl'r ꝑm ꝙ vnũ in cōmuni acceptũ multipl'r dr̄. quia q̄ñq3 motus dr̄ vnus genere. q̄ñq3 vnꝰ spē. ⁊ q̄ñq3 vnus numero. Illi aũt motus dicunt vnus genere q̄ terminantur ad idē genus p̄dicamentale. sicut augmentatio ⁊ diminutio ad q̄titatē. ⁊ calefactio ⁊ frigefactio sunt vnus motus genere. q2 terminant ad qualitatē. Simil'r motꝰ localis rectus ⁊ circularis sunt vnus genere. q2 terminantur ad vnũ p̄dicamentũ. sc3 vbi.

Ar. Corruptibile ⁊ īcorruptibile dr̄ñt plus q̄ȝ genere. ſ3 motus circularis ē incorruptibilis. ⁊ motus rectꝰ ē corruptibil'. ḡ nō p̄nt eē in eodem genere.
Dr̄m ꝙ genꝰ accipit dupl'r. vnoº ꝓ genere phisico. q̄d ē materia vel subiectũ. ⁊ sic ē veꝝ ꝙ corruptibile ⁊ incorruptibile dr̄ñt plus q̄ȝ genere. q2 materia. ⁊ iō est alia materia corpoꝝ celestiũ ⁊ inferioꝝ. Alioº accipit genus ꝓ genere logico siue p̄dicamētali. ⁊ sic corruptibile ⁊ incorruptibile sunt vnius generꝭ. q2 p̄nt esse de vno predicamento. sicut corpus celeste. ⁊ corpa īferiora sunt de predicamento substantie. ⁊ motus celi ⁊ motus locales recti sunt de p̄dicamento vbi

Specie aũt vnus est. cũ genere vnꝰ est et indiuidua spē sit. vt coloris q̄dem sunt differētie Jam igit alius spē denigratio ⁊ dealbatio Ois aũt dealbatō omi dealbatiōi idem ꝑm spēȝ erit et ois denigratio denigratōi Albedini aũt non amplꝰ. vnde spē vna dealbatō dealbatiōi omni Si aũt sunt q̄dam q̄ et genera simul ⁊ spēs st̄ manifestũ est ꝙ vt spē vnus erit. simpl'r autem vnus specie nō vt doctrinatō. ſ3 sciā q̄dam species existimatōis. genus aũt sciarũ aliarum

Hic oñdit quō motꝰ sit vnꝰ spē. Et ꝑmo oñdit ꝓpositũ Scd̄o mouet quādā dubitatōeȝ. ibi Dubitabit āt. Dicēs ꝑº ꝙ illi motꝰ dicunt vnꝰ spē q̄ tminant ad vnā spēm spēalissimā. sicut motꝰ dealbatōnis ē eiusdē spēi cũ q̄libet dealbatōe. q2 albũ ē spēs spēalissima. est tñ veꝝ ꝙ ꝑm q̄d motꝰ dicunt vnꝰ spē. q̄ sunt ad vnā spēȝ subalternā. sicut motꝰ albefactōis ⁊ nigrefactōis q̄ terminant ad colorē. nō tñ sunt simpl'r vnus spē. sicut nec spēs subalterna ē simpl'r vna spēs. Et dat ph̄s exēplũ de sciā q̄ ē spēs existimatōis ⁊ genꝰ diuersaꝝ sciaꝝ. ⁊ ḡ ois doctrinatio q̄ ē motꝰ ad sciam ē q̄dāmō vna spē nō tñ simpl'r. q2 doctrinatio q̄ docet grāmatica ē simpl'r alis spē ab ea qua docetur geometria.

Dubitabit aũt aliq̄s si spē vnus motus sit. cum ex eodem idē in idē mutetur. vt vnũ punctum ex hoc loco in hũc locũ. iterũ et iterũ. Si autem hoc est. erit circulatio rectitudini eadem et volutatio ambulationi Aut determinatũ est id in quo est. si alteꝝ est spē. qm̄ alter motus est Circulare aũt a recto alterum spē est. Genere q̄dem igitur ⁊ spē motus vnus sic est. Sim-

pliciter aūt vnus motus est qui substantia q̄dē vnus ⁊ numero est. quis aūt hmōi sit manifestū est diuidentib᷒. Tria em̄ sunt ꝫm numeꝝ circa que dicimus motū vnū quod ⁊ in quo ⁊ q̄ñdo Dico aūt qđ. qm̄ necesse est aliquid esse qđ mo/ uetur. vt hominē aut alteꝝ. ⁊ in aliquo hoc mo/ ueri. vt in loco aut in passione. ⁊ qñ. in tpe em̄ oē mouet̄ Hoꝝ iteꝝ aūt genere q̄dē aut spē esse vnū ē in re in quā mouet̄ habitū erat in tpe

Hic mouet vnā dubitatōez circa dicta. s. vtꝝ plures motus q̄ sunt ab eodē ad idē sint vni⁹ spēi. sicut si vnuz punctū ꝫm geometras. q̄ imaginant̄ punctū moueri. mo/ ueat̄ ex hoc loco in hūc locū multotiens Et hoc videtur ꝫm p̄missa. q2 si motus q̄ sunt in eadem spē. vt in albedi/ nem sunt idē spē. multo magis duo motus q̄ sunt in eun dem locū numero. Si aūt hoc ꝯcedat̄ tunc seq̄tur incō/ ueniens. s. ꝙ motus rectus ⁊ mot⁹ circularꝫ eēnt eiusdē spēi. q2 p̄nt eē ad vnū terminū n̄ solū vni⁹ spēi. ſ3 etiā eius dem numeri. sicut si aliq̄s ad eundē locū numero veniat ꝑ lineā rectā ⁊ circularē. ſ3 hoc est incōueniens. g̊ nō ē ſꝑ vnus mot⁹ spē qñ idē mobile mutat̄ ab eodem ad idem.

Tunc ibi. Aut determinatū. Soluit dubitatōem di cens. ꝙ si multotiens aliq̄d mutat̄ ab eodem ad idē ꝫm spaciū eiusdē spēi. tunc est vnus motus spē. Exēpli grā qñ aliqđ sepe mutat̄ ꝫm spaciū rectū ad vnū terminum. tunc motus est eiusdē spēi. S3 qñ mutat̄ ab eodē ad idē ꝫm spaciū alteri⁹ spēi. sicut sunt spaciū rectū ⁊ circulare tūc motus sunt alteri⁹ spēi. Vñ ad hoc ꝙ mot⁹ sint vni/ us spēi tria req̄runt̄. p̄mū ꝙ illoꝝ motuū termin⁹ sit spe cies sp̄alissima. Scđm. ꝙ spaciū sit eiusdē spēi. ⁊ iō mo tus ad eundē terminū ꝑ lineā rectā. ⁊ ꝑ lineā circularez sunt diuersaꝝ spēꝝ. Terciū ꝙ sint ab eisdē p̄ncipijs. et iō motus ignis sursum. ⁊ motus terre sursum non sunt vnius spēi. q2 q̄uis sint ad eundē terminū. etiā numero et ꝑ spaciū eiusdē spēi. q2 ꝑ spaciū rectū. nō tñ fiūt ab eis/ dem p̄ncipijs. q2 mot⁹ ignis sursum ē a p̄ncipio natura/ li. ſ3 mot⁹ terre sursum est a p̄ncipio violento. Et illam terciā ꝯditōem Aresto. cōp̄hendit ip̄licite sub p̄ma. q̄a in oī motu termini corr̄ndent p̄ncipijs. si g̊ termini sint vnius spēi. oportet etiā p̄ncipia esse vnius spēi.

Ar. Termin⁹ dat spēm motui. ſ3 h̄ ē vn⁹ termin⁹ qñ aliq̄d mouet̄ ꝑ spaciū circulare ⁊ rectū ad eundē locū. g̊ motus erit vnius spēi. Dđm ꝙ q̄uis in alijs motib᷒ sic sit. ꝙ spēs sumit̄ a termino ad quē tm̄. tñ in motu locali circūloq̄mur spēm sil'r ex spacio ⁊ ex ter mino ad quē. Cui⁹ rō ē. q2 in alijs motib᷒ spaciū h3 se ad motū ꝑ accn̄s. ſ3 in motu locali spaciū h3 se ad motū ꝑ se. q2 oportz illū motū ꝫm ꝙ hmōi fieri sup̄ spacium. ⁊ iō motus rectus ⁊ circularis dr̄nt spē. etiā si habeāt eundē terminū. Sil'r mot⁹ volutari⁹ ⁊ ambulatio non sunt idē ꝫm spēm q̄uis sint circa eosdē terminos. q2 vna nō ē ea/ dem ꝫm spēm S3 si sint ijdē termini ⁊ eadē vna ꝫm spēz tūc sunt ijdē mot⁹ ꝫm spēm. ⁊ multo magꝫ si termini et via sint eadē nūero mot⁹ iterati erunt idē ꝫm spēm

Simpl'r aūt vnū in oīb᷒ his est. Et nāq3 in quo est vnū, oportz eē ⁊ indiuisibile vt speciem. Et ip̄m qñ vnū tp̄s ⁊ nō deficiens Et qđ mo/ uetur vnū esse, nō ꝫm accn̄s. vt albū nigrū fieri et coruscū ambulare. vnū āt est coruscū ⁊ albuz. sed ꝫm accn̄s. neq3 cōe esset em̄ duos hoīes si/ mul sanari ꝫm eandē sanitatē. vt obtalmie. sed nō vnus hic est sed specie vnus est

Hic ondit tercio q̄s motus dr̄ vnus numero. ⁊ circa hoc duo facit. q2 p̄mo manifestat q̄s mot⁹ sit vnus nu/ mero. Scđo circa hoc mouet quasdā dubitatōnes. ibi. Socratē āt. Dicit g̊ p̄mo. ꝙ tercio° dr̄ motus simpl'r vnus q̄ ē vnus numero ꝫm essentiā Et addit ꝙ tria req̄ runt̄ ad hoc ꝙ mot⁹ sit vn⁹ nūero. s. vnitas mobil'. vni/ tas tp̄is. ⁊ vnitas forme ꝫm quā ē motus. Cui⁹ rō est. q2 mot⁹ ē accn̄s. ſ3 oē accn̄s h3 nūeꝝ a suo subiecto. g̊ ad vnitatē motus req̄rit̄ vnitas mobilis. Et sil'r tp̄s inter ruptū ip̄edit vnitatē mot⁹. q2 ē mēsura mot⁹. Alia etiā forma facit aliā vnitatē mot⁹ cū forma sit mot⁹ suba Ex cludit tñ Aresto. duos modos vnitatꝫ ip̄i⁹ mobil' q̄ nō sufficiūt ad hoc ꝙ mot⁹ sit vnus numero. p̄mus ē vni/ tas mobil' ꝫm accn̄s sicut corusc⁹ ⁊ albū sunt vnū nūero ſ3 ꝑ accn̄s. ⁊ iō mot⁹ corusci ⁊ mot⁹ albi nō sunt vn⁹ mo tus ꝫm nūeꝝ. q2 mot⁹ corusci ē mot⁹ localis. ſ3 mot⁹ al bi est nigꝝ fieri. Scđs modus ē vnitas mobilis ꝫm ge nus vel spēm ⁊ nō ꝫm numeꝝ. req̄ritur em̄ ad vnitatem numeralē motus ꝙ mobile sit vnū numero

Socratē āt ꝫm alteratōez eandē alterari spē in alio āt tpe ⁊ iteꝝ in alio. si q̄dē ꝯtingit corrup tum iteꝝ vnū fieri nūero erit ⁊ hic vn⁹. si ꝟo non idē q̄dē. vnus āt nō. Habet āt dubitatiōem huic silem. ⁊ vtꝝ vna sanitas ⁊ oīno habitus et passiones sube sint in corp̄ib᷒. moueri nāq3 vi/ dent̄ hñtia ⁊ fluentia Si igit̄ eadē ⁊ vna q̄ dilu culo ⁊ nūc sanitas q̄re nō ⁊ cū deficiens accipi/ at iteꝝ sanitatē. hoc ⁊ illa vno nūero erit Ea/ dem em̄ rō ē nisi qđ in tantū differt. q̄re si q̄dez duo idē. sicut nūero vn⁹ ⁊ habit⁹ eē necce ē. vn⁹ em̄ nūero. act⁹ vn⁹ nūero. si ꝟo habit⁹ vn⁹ est fortassis nō alicni videbit̄ vn⁹ ⁊ act⁹ eē Cū em̄ pauset āmbulans nō āplius ē hec āmbulatio. Iteꝝ āt āmbulāte erit. si igit̄ vn⁹ ⁊ idē ē. ꝯtingit vnū et idē corrūpi ⁊ eē multotiens He q̄dem igit̄ sunt dubitatōnes extra q̄ nunc est intentōem.

Aresto. interponit q̄ndā dubitatōem. vtꝝ sc3 sit vn⁹ motus numero. qñ vna forma bis acq̄rit̄. sicut si q̄s bis

sanet de optalmia.i.infirmitate oculoꝝ. Et hec alteraꝰ erit vnus motus numero.si sanitas que acq̄ritur sit eadē numero.ꝛ hoc erit si ꝯtingat id qḋ ē corruptū iteꝝ fieri vnū numero qḋ videt ee̅ ipossibile.ꝛ ḡ si nō recupet ea/dem sanitas numero erit motus idem spē ꝛ nō numero.

Tūc ibi. Hꝫ āt dubitatōem. Mouet quandā aliaꝫ dubitatōem si aliq̄s ꝯtinue pseueret in sanitate vel quocūqꝫ alio accn̄te. vtꝝ sit vnū ꝛ idē accn̄s in eodē subiecto Et q̄busdā videt ꝙ nō.q2 Eraclitus opinabat ꝙ non ee̅t vna forma de mane ꝛ de vespere in eodē subiecto ꝓpt ꝯtinuā mutatōem reꝝ. Hanc āt dubitatiōem phs hic nō soluit ꝓpter duo.p̄mo.q2 solꝰ istius spectat ad metaphisicū.q̄ hꝫ determinare de vno ꝛ multo. Secūdo.q2 ista dubitatio innitit falso fundamēto.s.ꝙ res sint in ꝯti/nuo motu.ꝛ nihil vnq̄ꝫ q̄escat.qḋ reprobat in q̄rto metaphisice. Nec tn̄ ē silis rō.q2 q̄ꝫdiu sanitas manet lꝫ varietur hō magꝭ vel minus sanus nō intercipit ee̅ sanitatꝭ sicut intercipit qn̄ totalr corrumpit sanitas Tūc ibi. Eadē em̄ rō. Determinat veritatē circa p̄mā dubitatōnem. Et vult ꝙ si motus sit vnus numero.necē est ter/minū ad quē ee̅ vnū numero.nō tn̄ hꝯ ꝯuertit.q2 nō necē ē ꝙ si terminꝰ ad quē ē vnꝰ nūero.ꝙ etiā motꝰ sit vnꝰ numero.sꝫ p̄ter hoc req̄ritur ꝙ ille terminus vnus nume/ro acq̄rat absqꝫ iterruptōe tp̄is.q2 nisi sic ꝯtingeret vnū et idē multotiens generari ꝛ corrūpi.qḋ est impossibile. Patꝫ igit ꝓ solutōe q̄stionis. ꝙ si q̄s bis sanet de obtalmia nō ē idē motus.sed sunt duo motus.q2 talis forma nō acq̄rit ꝯtinue in tp̄e. sꝫ ꝑ interruptōem Cōsiderādū etiā est.ꝙ ex isto textu elici p̄t.ꝙ si res aliq̄ ꝑ motū ꝓducat.tūc illa res nō p̄t ee̅ vna q̄ est p̄us corrupta ꝛ postea genita.q2 ē interruptio in tp̄e.sꝫ si aliq̄ res sine motu ꝓ/ducat.s.ꝑ creatōeꝫ.tūc vna res numero p̄t reproduci.si/cut pꝫ in resurrectōe mortuoꝝ.q̄ fit sine motu ꝑ potētiā diuinā. Ulterius ꝯcludit ꝙ ille dubitatiōes sunt extra p̄ncipalē mutatōem.ꝛ iō sunt p̄termittende.

q Uoniā aūt ꝯtinuus est om̄is motus simplr qm̄ vnum necesse est ꝯtinuū esse si q̄dem om̄is diuisibilis est.ꝛ si ꝯtinuus vnus Non em̄ om̄is fiet ꝯtinuꝰ om̄i.sicut neqꝫ aliud nullū contingenti ꝯtingēs.sed quoꝝ vnū sunt extrema vltima aūt alioꝝ non sunt q̄dem.alio/rum aūt sunt.sed spē p̄uātia ꝛ eq̄uoca sunt Quō nanqꝫ tanget.aut vnū fiet vltimū linee ꝛ ambulationis Habiti q̄dem igit sunt.ꝛ q̄ neqꝫ idē spē neqꝫ idē genere sunt. Currens em̄ aliq̄s statim febricitabit.ꝛ vt lampas ex diffusione loci mu/tatio est habita.ꝯtinua āt nō Ponunt em̄ ꝯti/nua q̄ꝝ vltima vnū sunt.q̄re habiti ꝛ ꝯn̄r sunt q̄ tp̄s ꝯtinuū ē,ꝯtinuū āt ē q̄ motꝰ.hoc āt est cū vnū vltimū fiat ābobꝰ.vn̄ necē ē eundē fm̄ speꝫ ee̅ ꝛ vniꝰ mobilis.ꝛ in vno tp̄e simplr ꝯtinuum motū ꝛ vnū. Tp̄e q̄dē vt nō imobilitas intersit Indeficienti em̄ q̄escere necē ē. Multi igitur ꝛ nō vnꝰ motꝰ ē q̄ꝝ q̄es in medio ē. Quare si ali/q̄s motꝰ statu occupet.neqꝫ vnꝰ ē neqꝫ ꝯtinuꝰ. intercipit āt si in medio tp̄s ē Qui āt spē nō vnꝰ motꝰ ē.ꝛ si nō deficiat tp̄s. Tēpus q̄dē em̄ vnū ē specie āt aliꝰ.vnū q̄dem ei necē ē.ꝛ spē vnū ee̅ hunc āt simplr vnū ee̅ nō ē necesse Quis igitur motus q̄dē simplr vnus dictum est.

Hic ꝓbat phs qḋ p̄us dixit.s.ꝙ tria req̄runt ad vnitatē numeralē motꝰ.s.vnitas mobilis tp̄is ꝛ forme fm̄ quā ē motꝰ. Et hꝯ ꝓbat sic.q2 motū ee̅ vnū.ē motū ee̅ cōtinuū.qḋ pꝫ ex tribꝰ modis capiēdi vnū.q2 motꝰ nō dr̄ vnꝰ idiuisibilitate.nec rōe.loq̄ndo de vnitate numerali ḡ ꝯtinuitate. Sꝫ ad ꝯtinuitatē motꝰ tria req̄runt.p̄mo ꝙ forma sit vniꝰ spēi fm̄ quā ē motꝰ.q2 diuersa fm̄ spēꝫ nō p̄nt ꝯtinuari.cū ꝯtinua sunt.q̄ꝝ vltima sunt vnū.q̄ āt sunt diuersaꝝ spēꝝ nō hn̄t vltima vnū. Scḋo req̄rit vnitas subiecti fm̄ nūeꝝ.q2 diuersa subiecta p̄nt se bene hr̄e ꝯn̄r.sꝫ nō ꝯtinue. Tercio req̄rit vnitas tp̄is.q2 si interueniat q̄es ipedit ꝯtinuitas motꝰ. Ergo etiā pꝫ ꝙ tria p̄dicta req̄rant ad hoc ꝙ motꝰ sit simplr vnꝰ. Et hꝯ est qḋ concludit finaliter in lr̄a

Ampliꝰ āt dr̄ vnꝰ ꝛ ꝑfectꝰ.siue fm̄ genꝰ siue fm̄ spēm siue fm̄ subam.sic sicut ꝛ in alijs ꝑfe/ctū ꝛ totū vnꝰ ē Est āt aliq̄n ꝛ si impfectꝰ sit vnꝰ dr̄.si solū sit ꝯtinuꝰ Ampliꝰ āt alit p̄ter p̄di/ctos dr̄ motꝰ vnꝰ regularꝭ.irregularꝭ em̄ nō videt vnꝰ.sꝫ magꝭ regularꝭ sicut rectꝰ Irregularis em̄ diuisibilis ē.videt āt differre sicut magꝭ et minꝰ Est āt ꝛ in oi motu qḋ regulariter est aut nō Et nāqꝫ alterabit regularit ꝛ fert irregulariter.vt circulo aut rectitudine ꝛ circa augmētum ꝛ silr ꝛ decrementū Irregularitatis aūt drn̄a ē aliq̄n q̄dē in q̄ mouet.ipossibile em̄ ē re/gularē ee̅ motū nō in regulari magnitudine.vt reflexi motꝰ aut obliqui aūt aliꝰ magnitudinis quaꝫ nō ꝯuenit ꝯtingens in ꝯtingentem ꝑtem Aliq̄n āt neqꝫ in vbi.neqꝫ in qn̄.neqꝫ in qḋ.sꝫ in eo qḋ vt ē.velocitate em̄ ꝛ tarditate aliq̄n determinat.cuius q̄dem em̄ velocitas est eadem.re/gularis est.cuius aūt nō irregularis est

Ponit duos scḋarios modos vnitatis motus.ꝛ dicunt scḋarij.q2 nō spectāt ꝓprie ad ip̄am vnitatē motus.

ſʒ ad modũ vnitatꝭ mot⁹.q₂ ad ꝑfectõem vnitatꝭ Pri-
mus eſt ꝙ mot⁹ dr̃ vnus.q₂ ꝑfectus ſicut etiã in alijs re
bus totũ ⁊ ꝑfectũ ꝑtinent ad rõem vnitatis. Et rõ iſti⁹
eſt.q₂ ſm doctorẽ.vnitas pt̃ duplr̃ attẽdi.vno° ſm ꝯti
tatẽ.⁊ ſic ſufficit ſola ꝯtinuitas ad vnitatẽ.Alio° ſm for
mam ſubalem q̃ eſt ꝑfectio toti⁹.⁊ ſic dr̃ aliqd̃ vnũ.q̇a
ꝑfectũ.⁊ iſto mõ motus dr̃ vnus q̇ eſt ꝓpe terminuʒ ad
quẽ.q₂ ibi motus capit ſuã ꝑfectõem ꝙ̃tum ad modum
eſſendi. Tunc ibi. Amplius aũt aliter. Ponit ſcd̃m
modũ ſcd̃ariũ vnitatis motus.⁊ eſt.ꝙ motus dr̃ vnus.
q₂ regularis ⁊ vniformis.⁊ hoc iõ.q₂ motus regularis ẽ
magis vnus ꝙ̃ difformis ⁊ irregularꝭ ğ in illo motu de
ficit magis vnitas ꝙ̃ in motu regulari. Exempli gr̃a.
mot⁹ ille q̇ fit ꝑ ſpacium rectũ ⁊ circulare eſt minus vn⁹
ꝙ̃ ille q̇ fit ꝑ ſpacium circulare tm̃.vel rectũ tm̃. Et pro
intellectu illius Areſto.ibi. Eſt aũt. Oſtendit in q̇bus
motib₉ inueniť regularitas ⁊ irregularitas. Et vult ꝙ
in omi ſpẽ motus inuenitur regularitas ⁊ irregularitas
vt inductiue ꝓbat in lr̃a Tunc ibi. Irregularitatꝭ ãt
dr̃ã. Aſſignat duos modos irregularitatꝭ.ꝑmus eſt ex
ꝑte rei.i.ſpacij.⁊ ſic motus dr̃ irregularꝭ vbi ſpaciũ eſt di
ſtinctũ ſm rectũ ⁊ circulare.q₂ vna ꝑs eſt recta ⁊ alia cir
cularꝭ.⁊ tunc irregulare extendiť ad difforme. Alio° dr̃
mot⁹ irregularꝭ ex ꝑte modi motus.ſ.ex ꝑte tp̃is.⁊ hoc
ꝯtingit qñ non ẽ eque velox ꝑ totũ tp̃s.ſicut fit in motu
grauiũ ⁊ leuiũ.q₂ talis mot⁹ ẽ velocior in fine ꝙ̃ in ꝑnci
pio ⁊ in medio. Ex q̊ pt̃ capi dr̃ã inter regulare ⁊ vnifor
me ſm ꝙ ꝓprie accipiunť.q₂ regulare in motu accipiť ex
ꝑte tp̃is.⁊ iõ ille mot⁹ dr̃ regularꝭ q̇ ẽ eque velox ꝑ totũ
tp̃s.ſʒ mot⁹ dr̃ vniformis ex ꝑte ſpacij.qñ ſcʒ ſpaciũ eſt
diſpoſitũ ſm figurã vni⁹ ſpẽi.⁊ iõ aliq̇s mot⁹ ẽ regularꝭ
q̇ nõ eſt vniformis ⁊ ecõtra. motus eñi grauiũ ⁊ leuiuʒ
eſt vniformis.q₂ fit ꝑ lineã rectã tm̃.q₂ ex ꝑte ſpacij nõ ẽ
defectus.nec ex ꝑte ꝑtiũ mobilis.ſʒ nõ ẽ regularꝭ.q₂ eſt
velocior in fine ꝙ̃ in ꝑncipio. Mot⁹ aũt celi ecõtra ẽ re
gularꝭ.ſʒ nõ vniformis.q₂ eq̃ velox ẽ ꝑ totũ tp̃s.ğ eſt re
gularꝭ.ſʒ tñ ꝑtes celi circa mediũ celi veloci⁹ mouenť ꝙ̃
ꝑtes circa polos.ğ in illo motu non ẽ vniformitas ꝓprie
loquẽdo.q₂ forma mot⁹ localis ſiue ſpẽs eſt ex ꝑte ſpacij
ad minus extrinſece ⁊ circũloquutiue. Et ideo dictum
eſt ꝙ motus rectus ⁊ circularis ⁊ ſi habeat vnum ter-
minum ſpẽ ⁊ numero.nõ tñ ſunt vnius ſpẽi

Unde neqʒ ſpẽs motus neqʒ differẽtie ſunt velocitas ⁊ tarditas.q₂ omẽs ſequuntur diffe-rentes ſm ſpeciem Quare neqʒ leuitas neqʒ grauitas ꝑducens ad vnũ ⁊ eundẽ locũ que in idem eſt.vt terre ad ipam. aut ignis ad ipſum.

Unus q̇dem igitur irregularis eſt qui ẽ con tinuus. Minus aũt quod quidem reflexiuo ac cidit motui Quod autem minus cõmixtio ſem ꝑ contrarij Si aũt vnum oẽm contingit ⁊ re gulare eſſe ⁊ non.nõ erunt q̇ non ſm ſpeciẽ ha-biti ipi vnus ⁊ continuus Quõ eñi erit regula ris ex alteratõne cõpoſitus ⁊ loci mutatione.in diget eñi conuenire

Hic ꝯcludit Areſto. ex ꝑdictis duo correlaria.qꝝ
ꝑmũ ẽ.ꝙ velocitas ⁊ tarditas nõ ſunt dr̃ñe ſpecifice nec
ſpẽs motus. Qd̃ ſic ꝓbat.q₂ nulla dr̃ña ꝯſeq̇tur omneʒ
ſpẽm ſui generꝭ.ſʒ ſicut dictũ ẽ velocitas ⁊ tarditas cõ-
ſequunť oẽm ſpẽm motus.ğ nõ ſunt dr̃ñe mot⁹. Scd̃m
correlariũ eſt.velocitas ⁊ tarditas nõ ſunt idẽ qd̃ gra-
uitas ⁊ leuitas.q₂ grauitas hʒ ſe ad vnaʒ determinatã
ſpẽm mot⁹.ſ.ad motũ deorſum.⁊ leuitas ad motum ſur
ſum.ſʒ velocitas ⁊ tarditas reſpiciũt quãlibet ſpẽm mo-
tus indifferẽter vt dictũ eſt Tũc ibi Unus q̇dẽ igiť.
Oſtẽdit quõ mot⁹ irregularis ſit vnus dicens ꝙ pt̃ dici
vnus inꝙ̃tũ eſt ꝯtinuus.ſʒ min⁹ dr̃ vnus ꝙ̃ regularis
Sicut in ſili Linea hñs angulũ min⁹ dr̃ vna ꝙ̃ linea re
cta. Et hoc maxime apparet i motu reflexiuo q̇ quaſi vi
detur duo mot⁹ Tunc ibi. Si aũt vnũ. Ccõcludit ex
immediate dictꝭ ꝙ diuerſi mot⁹ ſm ſpẽm nõ pñt conti-
nuari.⁊ ſic motus cõpoſitus ex diuerſis motib₉ ſm ſpẽʒ
nõ pt̃ dici regularꝭ. Sicut exempli gr̃a.mot⁹ cõpoſitus
ex alteratõe ⁊ loci mutatõe nõ pt̃ eẽ regularꝭ.q₂ ad hoc
ꝙ mot⁹ ſit regularꝭ oportʒ ꝙ ꝑtes ad inuicẽ ꝯueniãt.ğ
relinq̇tur ꝙ motus diuerſi q̇ nõ ꝯſequunť ſe nõ ſunt vn⁹
mot⁹ ⁊ ꝯtinu⁹.qd̃ ſup̃ poſitũ ẽ ⁊ ꝑ exẽpla manifeſtatũ ẽ

Nr̃. Ultꝫ tria req̇ranť ad vnitatẽ numeralẽ mo-
tus Dd̃m ꝙ ſic.⁊ rõ ẽ.q₂ mot⁹ ẽ accñs.ſʒ
accñs hʒ numeꝝ a ſuo ſubiecto.ğ ꝑmo req̇riť vnitas mo
bilis. Scd̃o mot⁹ ẽ de numero ꝯtinuoꝝ.⁊ ex hoc adhuc
duo req̇runť ad vnitatẽ motus.ꝑmo vnitas forme.⁊ in
motu locali ẽ vnitas ſpacij.a q̇ eſt etiã circũloquutiue vni
tas forme mot⁹ localis. Scd̃o req̇riť vnitas tp̃is.ſicut
eñi ad vnitatẽ rei mẽſurabilis req̇riť vnitas menſure.ſic
ad vnitatẽ mot⁹ req̇riť vnitas tp̃is. Eſt tñ ꝯſiderandũ
ꝙ vnitas tp̃is nõ cauſat vnitatẽ mot⁹.ſʒ ſolũ a poſterio
ri indicat vnitatẽ.vnitas aũt mobilis eſt ꝓprie cauſa vni
tatis numeralis motus.

Ar̃. Qñqʒ mot⁹ ẽ vnus numero vbi nõ eſt vnitas
tp̃is.ꝓbať.q₂ duo mot⁹ ad albedinẽ pñt eſſe
vn⁹ numero in diuerſis tẽporib₉ cũ mobile ſit vnũ nũero
Dd̃m ꝙ ꝙ̃uis talis mot⁹ ſit vn⁹ ſpẽ.nõ tñ ẽ vnus in
numero ſi fiat in diuerſis tp̃ib₉ Et qñ arguiť ꝙ nõ re
q̇rať etiã vnitas termini ad quẽ ad vnitatẽ mot⁹.ꝓbať
q₂ ſepe fit mot⁹ ab albo in nigrũ ꝑ multos medios co-
lores.q̇ tñ ẽ vnus motus ꝙ̃uis fiat ꝑ multos terminos
Dd̃m ꝙ duplr̃ ꝯtingit ꝓcedere de extremo colore in ex
tremũ ꝑ medios.vno° ſic ꝙ in medio ſit ſtat⁹.⁊ ſic tales
mot⁹ ſunt diuerſi in ſpẽ.q₂ hñt terminos ſpecifice diſtin
ctos. Alio° ꝯtingit ꝓcedere de extremo in extremũ.ſic
ꝙ in medijs null⁹ ſit ſtat⁹.ſʒ fiat ꝯtinu⁹ ꝓceſſus.⁊ tunc
medij colores nõ hñt rõeʒ termioꝝ.ſʒ medioꝝ ipm ſub-
iectum ad vltimũ terminum motus deferẽtium.⁊ ſic eſt
vnus motus numero.

Ar̃. Areſto.viij.phicoꝝ accipit vnitatẽ mot⁹ ex
vnitate mouẽtꝭ.ğ male hʼ ꝑtermittit illũ mo
dũ Dd̃ʒ ꝙ mot⁹ capiť duplr̃.vno° ſm ſuã naturã ab
ſolute.⁊ ſic mot⁹ nõ hʒ aliquã vnitatẽ vl' diſtictõem ex
mouẽte.q₂ ſic capiẽdo motũ mouẽs ẽ ſibi totalr̃ extrinſe
cũ Alio° capiť mot⁹ ſm ꝙ ſtat ſub itẽtõe mouẽtꝭ.i.ſm
ꝙ hʒ aliq̇d cauſare i mobili ⁊ ſic hʒ vnitatẽ a mouẽte.ſi-
cut qd̃libʒ inſtrumentũ hʒ vnitatẽ vel diuerſitatẽ ꝑ cõ-
ꝑatõem ad ꝑncipale mouẽs.⁊ ſic capiť octauo huius

Ar. Si aliq̄d aīal. puta canis ꝓijciat̄ ab alto loco vsq3 ad terrā ita tñ ꝙ moriat̄ in medio. tūc est vnus mot⁹ numero ꝛ nō est idē mobile. q2 nō h3 eandē formā subalē. **D**ōm ꝙ argumētū p̄supponit falsum. sc3 ꝙ sit vnus motus numero. sunt em̄ ibi duo mot⁹ cō/sequēter se hn̄tes. ꝛ hoc ꝓpter diuersitatē mobilis. q2 canis mortuus est aliud mobile q̄3 canis viuus Et q̄uis tempus sit ꝯtinuū. hoc tñ nō sufficit ad vnitatē numeralem mot⁹. s3 req̄rit̄ identitas mobilis Est tñ ꝯsiderādū ꝙ q̄dā dicūt vnā formā subalē manere in generato ꝛ corrupto. s. formā corꝑeitatꝫ. ꝛ illo stante nō est incōueniēs dicere ꝙ sit idē mot⁹ numero. q2 est idē mobile numero S3 ſm̄ doctorē sanctū hoc est īpossibile. sicut ꝓbat̄ p̄mo de generatōe. ꝛ scd̄o de aīa. q2 nō p̄t eadē forma manere in genito ꝛ corrupto Etiā si sic nō fieret resolutio ad materiā p̄mā. ꝛ tūc non corrūpet̄ res simplr̄. s3 ſm̄ q̄d. Silr̄ dōm ē de virga ꝓ media ꝑte arida. ꝛ ꝓ media ꝑte viridi q2 mot⁹ in tali virga nō est vnus cū sint duo mobilia. s3 sunt duo motus. q̄ tñ incipiūt ꝛ terminant̄ in eodē tꝑe.

Ar. Duo corꝑa dura nō pn̄t se tāgere sine medio. si ergo in virga ꝓ vna ꝑte arida ꝛ ꝓ alia viridi eēnt duo corꝑa tūc tāgerent se ꝑ mediū q̄d non videtur. **D**ōm ꝙ ibi ē mediū. s. humor aq̄us. q2 vita cuiuscūq3 aīati ꝯsistit in calido ꝛ humido. ꝛ per tale humidum se/parantur huiusmodi corpora

Ampli⁹ āt determinādum est q̄lis mo/tus ꝯtrarius motui ꝛ de mansione eo/dem modo Sed p̄mo determinandū ē. vtrum ꝯ̄riūs mot⁹ sit. q̄ ē ex eodē ei q̄ ē in idē vt q̄ ē ex sanitate ei q̄ ē in sanitatē. vt generatio ꝛ corruptio videnꝫ. Aut q̄ ē ex ꝯ̄rijs. vt q̄ ē ex sanitate ei q̄ ē ex egritudine. Aut q̄ in ꝯ̄ria vt q̄ ē in sanitatem. ei q̄ ē in egritudinē. Aut q̄ ē ex ꝯtrario. ei q̄ ē in ꝯ̄riū vt q̄ ē ex sanitate. ei q̄ ē in egritudinem Aut q̄ ē ex ꝯ̄rio. in ꝯ̄riū ei q̄ ē ex ꝯ̄rio in ꝯ̄riū. vt q̄ ē ex sanitate in egritudinē. ei q̄ ē ex egritudine in sanitatē. Necesse ē em̄ aut vnū quendā horū eē modorū aut plures Nō em̄ ē aliq̄d ꝯ̄ponere

Postq̄3 ph̄us determinauit de vnitate ꝛ diuersitate motus. hic ꝯ̄n̄r in hoc tercio tractatu determinat de cō/trarietate motuū q̄ est q̄dā sp̄es diuersitatꝫ. vt p3 decio metaphisice. Et diuidit̄ in duo capitula. In p̄mo oñdit q̄liter accipiēda sit ꝯ̄rietas in motu ꝛ etiā in q̄ete In se/cundo mouet quasdā questiones circa ꝯ̄rietatē p̄dictā. ibi. Dubitabit āt aliq̄s. Primū capitulū diuidit̄ in du/as ꝑtes. In p̄ma determinat̄ de ꝯ̄rietate mot⁹ In scd̄a de ꝯ̄rietate q̄etꝫ. ibi. Om̄ āt motui. Circa p̄mū tria facit. q2 p̄mo distinguit diuersos modos ſm̄ quos videri posset ꝙ accipet̄ ꝯ̄rietas in motu. Scd̄o remouet quos/dam illorū. ibi. Est āt. Tercio assignat verū modū ꝯ̄rie/tatis in motu ꝛ mutatiōe. ibi. Om̄ aūt differt. Dicit ḡ p̄mo ꝙ post p̄dicta determinandū ē q̄lis sit mot⁹ ꝯ̄rius alicui motui ꝛ eodē mō determinandū ē de māsiōe. i. de ꝯtrarietate q̄etis ad motū ꝛ q̄etis ad q̄etē. Et circa h̄ distinguit q̄nq3 modos q̄b⁹ p̄t alicui videri ꝙ mot⁹ sīt ad inuicē ꝯ̄rij. Si em̄ mot⁹ sint ꝯ̄rij h̄ ꝯtingit vno q̄nq3 modorū. q2 vel ꝯ̄rietas attendit̄ penes accessu3 ꝛ recessu3 ab eodē termino. sicut si diceremus ꝙ motus ab eē ꝯ̄rietur motui q̄ est ad eē. Vel sumit̄ penes ꝯ̄rietatē terminorū a q̄b⁹. Aut sumit̄ ꝯ̄rietas motus penes ꝯ̄rietatem terminorū ad quos. vt si diceremus ꝙ motus ad albū cō/trariet̄ motui ad nigrū. Vel accipit̄ ſm̄ ꝯ̄rietatē termi/ni a quo ꝑ ordinē ad terminu3 ad quē. sicut si diceret̄ ꝙ motus ab albo ꝯ̄riat̄ motui q̄ ē in nigrū. Aut accipit̄ cōtrarietas motus ſm̄ ꝯ̄rietatē tā terminorū a q̄b⁹ q̄3 terminorū ad q̄s. vt si diceremus ꝙ motus ab albo in nigru3 ꝯ̄riat̄ motui q̄ est de nigro in albū. Et q2 nō ꝯtingit alio mō motus ꝯtraponere motū motui. iō necesse est ꝙ vno istorū modorū vel pluriū sumatur ꝯtrarietas.

Est āt q̄ q̄dē ex ꝯtrario ei q̄ ē in ꝯtrarium nō cōtrarius. vt q̄ ē ex sanitate ei q̄ ē in egritudinē. Idē em̄ est ꝛ vn⁹ ē Esse q̄dē igit̄ nō idē ē ip̄is. sicut nō idē est ex sanitate mutare in egritudinem

Neq3 q̄ est ex ꝯtrario ei q̄ ē ex ꝯtrario Silr̄ q̄dem em̄ accidit mutari ex contrario in contra/rium. aut in medium Sed de hoc quidem po/sterius dicemus Sed magis in contrarium mutare videbitur vtiq3 causa esse contrarietatꝫ q̄3 ex contrario Hic q̄dem em̄ mutatio cōtrarietatis. ille vero acceptio Et dicitur aūt vnus/quisq3 quod mutat magis q̄3 ex quo. vt sanatio in sanitatē. egrotatio aūt in egritudinem.

Hic excludit duos p̄dictorū modorū. s. quartū ꝛ secūdum. Et p̄mo q̄rtū dicens ꝙ ꝯtrarietas motus nō su/mit̄ ſm̄ ꝯtrarietatē termini a quo ꝑ habitudinē ad ter/minū ad quē Et ꝙ ille modus nō sit ꝯueniens ꝓbatur q2 idē nō est ꝯtrariū sibiip̄i. cū ꝯtraria debēt maxime di/stare. sed est idē motus q̄ est ex ꝯtrario in ꝯtrariū. sicut est vnus motus q̄ est ex sanitate in egritudinē. l3 sit differens rōne. q2 q̄n̄ d2 motus esse ex sanitate est habitudo ad terminū a quo. ꝛ q̄n̄ d2. in egritudinē ē habitudo ad terminū ad quē Tunc ibi. Neq3 q̄ est. Excludit scd̄3 modum. s. ꝙ nō potest capi ꝯtrarietas motuū penes cōtrarietatē terminorū a q̄bus. Et ad hoc ponuntur tres ratōnes. p̄ma est. illi motus q̄ in idem tendunt nō sunt ꝯtrarij. sed motus qui incipiunt a contrarijs terminis quandoq3 in idem tendunt. ergo nō sunt contrarij. Minor patet. q2 quādoq3 est motus ab albo ꝛ nigro. ꝛ terminantur in rubeum. Maior patet. q2 ꝯtraria maxime di/stant. ergo nō possunt terminari in idem. Tunc ibi. Sed magis. ponitur scd̄a ratio que est talis. nihil deno/minatur ab illo q̄d ab eo remouet̄. s3 termini a q̄b⁹ remouent̄ a motu. ḡ penes tales nō debēt motus dici ꝯtrarij Maior p3. q2 denomiatio fit a forma inherēte. q̄d aūt abijcit̄ nō īheret Minor p3. q2 oīs termin⁹ a q̄ in motu

abijcitur. Tercia ratio posita in textu.ibi. Et dr.est talis.ab eodē a quo aliquid recipit spēm. etiā recipit contrarietatē.qꝛ cōtrarietas est drīa ꝑm spēm.x. metaphysice.sed motus nō recipit spēm a termino a quo. igit̃ nō dꝫ capere ꝯtrarietatē a termino a quo. sed a termio ad quē

Relinqtur aūt. qꝛ est in contraria.ꝛ qui est in cōtraria ex ꝯtrarijs. fortassis qdem igit̃ accidit hos que in ꝯtraria ex ꝯtrarijs esse. sed esse forsitan nō idē. Dico aūt qui in sanitatē ei q ex egritudine. ꝛ qui ex sanitate ei qui in egritudinem.

¶ Hic cōcludit duos modos positos in ista diuisione tm̄ eē veros.ex qbus ꝯtrarietas sumit̃.scꝫ terciū ꝛ qntū.qꝛ tercius fuit ꝙ cōtrarietas sumat̃ ꝑm ꝯtrarietatē termiorū ad quos.ꝛ qntus fuit ꝙ ꝯtrarietas in motu sumeret̃ tā penes cōtrarietatē termioꝝ a quibꝰ qꝫ ad qs. Et addit ꝙ isti modi sunt vnus modꝰ subiecto.sed differūt rōne.qꝛ qđ in vno mō.s.qnto ponit̃ explicite. h in tercio ponit̃ implicite.qꝛ cōtrarietas terminoꝝ ad qs implicat cōtrarietatē terminoꝝ a quibꝰ. Et exēplificat qꝛ motus q est in sanitatē est idē subiecto ei q est ex egritudine. sꝫ nō rōne.ꝛ silr̃ q est ex sanitate ei q est in egritudinē. Et quia posset qs dicere ꝙ ista ꝯclusio sit insufficiēs. qꝛ omittit pmū modū accipiēdi cōtrarietatē.s.penes accessum et recessum ab eodē termino. Respondet̃ ꝙ ille modus valet pro cōtrarietate mutationū. ꝛ nō motuū. ꝛ sic generatio et corruptio cōtrariant̃ penes primū modum.

Quoniā aūt differt mutatio a motu. ex quodā em̄ subiecto in quodā subiectuꝫ mutatio est motus.qui est ex ꝯtrario in ꝯtrariū ei qui est ex cōtrario in ꝯtrariū motus cōtrarius est. vt qui est ex sanitate in egritudinē.ꝛ qui est ex egritudine in sanitatē. Manifestū est autē ex inductione qlia vident̃ ꝯtraria esse. Egrotari em̄ ipsi sanari.ꝛ ipi addiscere decipi ꝑmutatū nō ꝑ ipsum. In cōtraria em̄ sicut in scia est. sic ꝛ in deceptōe.ꝛ ꝑ ipm habere ꝛ ꝑ aliū. ꝛ sursum motꝰ ei qui est deorsum.cōtraria em̄ hec sunt in longitudine.ꝛ q est ad dextrā ei qui est ad sinistraꝫ cōtraria em̄ hec sunt in latitudine. Et q est ante ei qui est retro.cōtraria em̄ hec sꝫ in altitudīe

¶ Hic ostendit qūo ꝓprie accipienda sit contrarietas in motu.ꝛ intēdit ꝙ ꝓprie ꝯtrarietas accipiēda sit ꝑm cōtrarietatē vtroꝝ̄qꝫ terminoꝝ.ꝛ hoc ꝓbat ratōe ꝛ inductiōe Rōne sic.cōtrarietas sumēda est ꝑm ꝓpriā ꝛ specificā rōnē eoꝝ q dicunt̃ cōtraria. Sed ꝓpria rō specifica motus est ꝙ sit mutatio de subiecto in subiectū.i. de termio affirmato in terminū affirmatū. g etiā ad cōtrarietatē motꝰ reqrit̃ ꝯtrarietas ex ꝑte vtriusqꝫ termini. ꝛ hoc vel explicite sicut in quinto modo.vel implicite vt in tercio.

Tūc ibi. Manifestū est aūt. Probat idē inductiue.et inducit tā in alterationibꝰ corꝑalibꝰ qꝫ spūalibꝰ qꝫ etiam in motu locali.qꝛ sanatio q est alteratio corꝑalis ꝯtrariatur egrotationi.ꝛ sanatio et egrotatio hn̄t oppositos terminos. tā a quibꝰ qꝫ ad qs. Etiā in alterationibꝰ aīe.quia decipi ab alio est ꝯtrariū ei qđ est addiscere.ꝛ decipi a seipso est cōtrariū ei qđ est inuenire sciam. Scia em̄ duplr̃ acqrit̃.s.ꝑ ꝓpriā inuētiōem. ꝛ illo mō opponit̃ ei decipi a seipo.ꝛ ab alio ꝑ doctrinā.ꝛ illi opponit̃ decipi ab alio. qꝛ q decipit̃ ab alio nō acquirit sciaꝫ ab ipo.sed aliqd scie cōtrariū. Ita etiā in motibꝰ localibꝰ sursum opponit̃ deorsum. et opponunt̃ sursum ꝛ deorsum ꝑm longitudinē in homine ex ꝑte vtroꝝ̄qꝫ terminoꝝ. Et silr̃ dcm̄ est de motibꝰ qui sumunt̃ ꝑm alias differentias positionū

Qui aūt est in cōtrariū solum. nō est motus sed mutatio. vt fieri albū nō ex quodā est Quibus aūt nō est contrariuꝫ.qui est ex ipso ei q est in ipm mutatio contraria est. Unde generatio corruptioni ꝯtraria est. ꝛ remotio acceptōi He aūt mutatōes quidē.motus aut non sunt

¶ Hic oñdit phs qūo inuenit̃ ꝯtrarietas in mutationibus.in qbus nō est ꝓprie dicta ꝯtrarietas. ꝛ pmo distinguit duplices mutatōes.sꝫ em̄ aliq accn̄tales.sicut mutatio ad albū ꝛ nigrū Alie sꝫ subales.sicut mutatōes ad esse subale. vt generatio hois ꝛ equi. Uult g ꝙ ꝯtrarietas sumit̃ in mutationibꝰ accn̄talibꝰ penes cōtrarietateꝫ terminoꝝ ad qs. Sꝫ in mutationibꝰ subalibꝰ sumit̃ ꝯtrarietas penes accessum ꝛ recessum ad eundē terminū vel ab eodē termio.sicut generatio opponit̃ corruptōi.qꝛ generatio est ad esse.corruptio vero est ab eē Et silr̃ qcunqꝫ remotio ꝯ̄ria est cuicūqꝫ acceptōi ꝛ hmōi nō sunt motus sed mutatōes. Ptꝫ g ꝙ ex qnqꝫ modis sup̄ positis duo scꝫ scđs ꝛ qrtus ad nihil vtiles sꝫ vnꝰ aūt ꝯgruit ad cōtrarietatē mutationū.sꝫ duo ꝯgruūt ad ꝯ̄rietatē motuū

Dr. Utrū sufficiat in motibꝰ accipere ꝯ̄rietatē penes termios ad qs. Dcm̄ ꝙ motus accipit̃ duplr̃.vno mō ꝑ moduꝫ motꝰ. ꝛ sic opꝫ sumere ꝯ̄rietatē ex vtroqꝫ termio.qꝛ de rōe motꝰ est eē de subiecto in subiectū.ꝛ h ꝯtingit vel explicite vel implicite.sicut dcm̄ est Alio mō capit̃ motus ꝑ modū mutatōnis. ꝛ tūc sufficit cōtrarietas termioꝝ ad qs.qꝛ mutatio ꝑm ꝙ hmōi non hꝫ in se ꝯ̄rietatē amboꝝ termioꝝ.qꝛ vel est ex nō eē ad eē vel ab eē ad nō esse Et h est qđ dr phs pmo huiꝰ.ꝙ materia pt facere mutatōem ꝑ alterū contrariū.i.ꝑ vnū terminū positiuū ad quē accedit vel a quo recedit

Qui aūt vt in mediuꝫ motus sunt qbuscūqꝫ cōtrarioꝝ est mediū.tanqꝫ in ꝯtraria qdammō ponēdi sunt.sicut em̄ ꝯtrario vtit̃ medio motꝰ in vtraqꝫ vtiqꝫ vtet̃. vt ex fusco qdem in album tanqꝫ ex nigro.ꝛ ex albo in fuscū tanqꝫ in nigrū. ex nigro aūt in fuscū tanqꝫ in albū fuscū. mediū aūt ad vtrūqꝫ dr quodammō vtrunqꝫ vltimoꝝ.

sicut dictũ est prius Motus q̄dē igitur motui contrarius est sic. qui est ex contrario in cõtrarium ei qui ex contrario in contrariũ

¶ Hic phs determīat de ꝯtrarietate motꝰ ex ꝑte medij. ⁊ circa h̄ remouet vnã dubitatiõez. qꝛ posset aliq̄s dicere ꝙ q̄nq̄ꝫ motꝰ est de cõtrario ad mediũ. vl' de medio ad extremũ. g̊ nõ inuenit̃ in q̄libet motu cõtrarietas terminoꝝ. Rñdet Aresto. ꝙ motus q̄ terminant̃ in medio sunt etiã q̄dammõ ꝯ̃rij. qꝛ mediũ ꝯꝑatũ vni extremoꝛuꝫ hꝫ rõem alteriꝰ. sicut rubeũ ꝯꝑatũ albo hꝫ rõeꝫ nigri Ex quo seq̈tur ꝙ in motibꝫ repit̃ ꝯ̃rietas s̃m analogiã. p̄mo eñ et p̄ncipaliter illi motꝰ st̃ ꝯtrarij q̄ st̃ de extremo in extremũ. sicut motus ab albo in nigrũ. ⁊ ecõtra. Scd̄o illi motus st̃ ꝯ̃rij q̄ sunt a medijs ad extrema. sicut motus de rubeo in nigrũ. ⁊ de rubeo in albũ. Tercio motꝰ illi st̃ cõtrarij. q̄ sunt ex extremis in media. sicut motus qui st̃ ex albo in rubeũ. ⁊ ex nigro in rubeũ. Quarto st̃ motus cõtrarij q̄ st̃ ex medijs in media. sicut motꝰ a rubeo in flauũ. in q̊ motu rubeũ hꝫ ꝯditõeꝫ albi. ⁊ flauũ ꝯditõeꝫ nigri

Qm̄ aũt motui nõ soluꝫ videt̃ esse motus cõtrarius. sed ⁊ q̄es. hoc determinandũ ē. simpl'r quidē ꝯtrarius est motus motui. Opponit̃ aũt et q̄es. ꝑuatio eñ est Est aũt sic ꝙ ꝑuatio ꝯtraria dꝛ Qualis aũt q̄li. vt est ei q̄ s̃m locũ. que s̃m locũ. Sed h̄ nõ dꝛ simpl'r. vtrũ eñ cui q̄ est hic mãsioni q̄ est ex h̄. aut q̄ est in hoc motꝰ opponit̃ Manifestũ igit̃ est. qm̄ in duobꝫ motus subiectis est. Huic q̄dē q̄ ex hoc in ꝯtrariũ. que est in hoc q̄es. Huic autẽ q̄ ex ꝯtrario in hoc q̄ in ꝯtrario q̄es. Simul aũt ⁊ ad inuicē ꝯtrarie hẽ st̃. Et nãq̄ꝫ incõueniẽs est. si motus q̄deꝫ cõtrarij st̃. q̄etes aũt opposite nõ sunt. Sũt aũt in oppositis hẽ. vt q̄ est in egritudine q̄es ei q̄ ē in sanitate. Motui aũt ei q̄ est ex sanitate in egritudinē ei eñ q̄ est ex egritudine in sanitatē irrõnabile Qui eñ in ipso motus est. in q̄ stetit. q̄etatio magis ē. s̃m ꝙ accidit simul fieri motui Necẽ aũt est aut hãc aut illã eẽ. nõ eñ q̄ est in albedine q̄es ꝯtraria est ei que est in sanitate.

Ar. Mutatū esse est termin⁹ indiuisibilis motus. ꝙ nō p̄t p̄cedere moueri. qꝛ om̄e moueri est esse in motu. sed termin⁹ nō p̄t p̄cedere esse in motu ¶ Dicendū ꝙ mutatū eē accipiꝛ duplr̄. vno mō ꝓ mutato esse in actu. ꝛ sic mutatū esse dr̄ vltim⁹ terminus indiuisibilis motus. vbi iā motus est termiatus. ꝛ sic mutatū eē nunq̄ꝫ p̄t p̄cedere ip̄m moueri. sicut ꝓbat argumentū Et sic Aresꝫ. sup̄ accepit mutatū esse cū dixit. omnē q̄d mutaꝛ qn̄ mutatū est. est in termīo in quē mutatū est. Alio mō accipiꝛ mutatū esse ꝓ mutato eē in potētia. ꝛ sic om̄e illud dr̄ mutatū esse in motu. vbi potuit fuisse motus termiatus. q̄uis iā non sit terminat⁹. ꝛ sic Aresꝫ. loq̇tur hic qn̄ dr̄. ꝙ om̄e moueri p̄cedit mutatū eē. id est p̄cedit aliquid vbi motus potuisset fuisse terminatus. Et hoc p̄t sumi ex fundamēto in textu. qꝛ si motus nō incipit in indiuisibili. sicut p̄us ꝓbatū est. necesse est ꝙ moueri sit in tpe cōtinuo. sed h̄ ꝯtinuū tp̄s hꝫ vnā partez an̄ se. s. suā medietatē. ꝛ ibi est mutatū esse in potētia. q̄d p̄cedit totū mutari. Silr̄ est de pūctis in linea. qꝛ in linea sunt duplicia puncta. aliq̄ em̄ sunt pūcta actu in linea. et illoꝝ sunt tm̄ duo scꝫ initians ꝛ terminās. sed pūcta in potētia sunt infinita Similiter de motu dd̄m est quo ad mutatū esse

Non soluz aūt q̄d mutaꝛ necesse est mutatū esse. sed etiā mutatū nccē est p̄us mutari Om̄e em̄ q̇d ex quodā in q̄dā mutatū est. in tpe mutatū est Sit em̄ in ip̄o nūc ex a in b. mutatū ergo in eodē q̄d nūc in q̄ est in ip̄o a nō mutatū ē. sil' em̄ esset in ip̄o a ꝛ in b Q̄d em̄ mutatū est q̇d nō est in hoc ostēsum est p̄us. si vero in alio est in medio erit tp̄s Nō em̄ ꝯiuncta erāt tpa nunc Om̄ igiꝛ in tpe mutatū est. tp̄s aūt oē diuisibile in medio aliud erit mutatū. ꝛ iterū in illius medio aliud. ꝛ sic sꝑ Quare mutabiꝛ p̄us Ampli⁹ aūt in magnitudine manifestius est q̄d dr̄. ꝓpter id ꝙ ꝯtinua ē magnitudo in q̄ mutatur q̄d mutaꝛ Sit em̄ mutatū ex c in d. Ergo si indisibile ē ip̄m c d imptibile erit imptibili ꝯiunctum Om̄ autē hoc impossibile est. necesse est magnitudinē esse. quod interest ꝛ in infinita diuisibile. Quare si illa mutatur p̄us. necesse ergo omne quod mutatum est mutari prius

¶ Hic oñdit ꝙ ecōuerso ante omne mutatū esse est moueri. dicēs primo. ꝙ nō solū om̄e q̄d mutaꝛ necesse est mutatū esse iam. sed etiā om̄e q̄d mutatū est necesse est prius mutari. qꝛ mutatū esse est termin⁹ ei⁹ q̄d est moueri. q̄re oꝑtet ꝙ an̄ mutatū esse p̄cedat moueri. Et ad hoc manifestandū supponit ꝙ om̄e q̄d mutaꝛ. mutaꝛ in tpe. q̄d sic oñdit. qꝛ mobile non moueꝛ in termīo a q̄. nec in termino

ad quē. nec est sil' in termīo a quo ⁊ in termino ad quez. ḡ sṫ ad min⁹ duo nūc in motu. qꝛ vnū est in termīo a q̄. et alteꝝ in termīo ad quē. sed inter duo nūc est tps̄ mediuz ḡ ncc̄e est ꝙ oīe qđ mouet̃. mouebit̃ in tp̱e ¶ Tūc ponit p̄ncipalē rōem. p̄mo ex p̱te tp̱is. scđo ex p̱te magnitudis Et stat p̄ma rō in h̄. quicq̇d mutatū est in tp̱e. hoc prius mutabat̃ in medietate illi⁹ tp̱is. ḡ mutatuz eē in toto tp̱e p̄cedit mutari in medietate tp̱is. ⁊ ḡ an̄ oē moueri ē mutatū eē. Et sil'r p̱bat̃ de magnitudine. qꝛ si aliq̇d est mutatū sup̄ totā magnitudinē. tūc p̄us mutabat̃ in p̱te illi⁹ magnitudinis. ḡ ncc̄e est oē qđ mutatū est p̄us mutari. sicut ncc̄e est ꝙ an̄ quālibet magnitudinē totā sit p̱s eius

Eadē em̄ demōstratio ē in nō ꝯtinuis. vt in cōtrarijs ⁊ ꝯtradictōe Accipiem⁹ em̄ tps̄ in q̄ mutatū est. ⁊ iteꝝ eadē dicem⁹. Quare ncc̄e est mutatū eē mutari p̄us. ⁊ qđ mutat̃ mutatuz eē. ⁊ est ip̄o mutari mutatū eē p̄us Ip̄o aūt mutatū eē mutari. ⁊ nullo mō ꝯp̄hendit̃ primū. Cā aūt hui⁹ est. nō eē imp̱tibile imp̱tibili ꝯiunctū In infinitū em̄ diuisio est. sicut in his q̄ augmētant̃ ⁊ minuunt̃ lineis. Manifestuz igit̃ qm̄ qđ factū est necesse ē fieri p̄us. ⁊ qđ fit factū eē. q̄cūq; diuisibilia ⁊ ꝯtinua sṫ Nō tm̄ sp̱ qđ fit factū est. sȝ aliud aliq̄n. vt illi⁹ aliq̇d. sicut domus fundamentū Sil'r aūt ⁊ in eo qđ corrūpit̃. ⁊ qđ corruptū est. moꝝ enī inest ei qđ fit. ⁊ qđ corrūpit̃ infinitū q̇ddā est. cū sit ꝯtinuū. sȝ nō ē in fieri nisi aliq̇d factū sit p̄us Neq; factū eē. nisi fiat aliq̇d Sil'r āt ⁊ incorrūpi ⁊ incorruptū eē Sp̱ em̄ erit ip̄o corrūpi corruptuz eē p̄us corrupto aūt esse corrūpi Manifestū igit̃. qꝛ q̇d factū est necesse ē fieri p̄us. ⁊ qđ fit factū eē Oīs enī magnitudo et oē tps̄ sp̱ diuisibilia sunt. Quare in quocūq; fit aliq̇d nō erit vtiq; sicut in primo

¶ Addit Arest. in sentētia. ꝙ nō solū istud est veruz in motu locali. q̄uis ibi planius apparet. sed etiā est veꝝ in alijs motibꝫ. s. in alteratōe. q̄ est inter ꝯtrarias q̄litates. ⁊ etiā in generatōe ⁊ corruptōe. accipiēdo illas ꝭm ꝙ includūt preuiā dispōem ⁊ alteratione. Et hoc sic ōndit. quia in istis mutationibꝫ est aliqđ tps̄ diuisibile in q̄ fit mutatio. dato ḡ tp̱e diuisibili potuit dari p̄us tp̱is. q̇a medietas illius tp̱is. sicut pȝ in textu. Est tm̄ drn̄a in illis mutationibꝫ. qꝛ in alteratōe corruptōe ⁊ generatōne hȝ locū sola p̄ma rō. sed in alijs tribꝫ. s. augmētatōe diminutōne et loci mutatōe hȝ locū vtraq; Tūc ibi. Quare necesse ē. Cōcludit p̄cipale p̱positū. ⁊ p̄mo in cōi dicēs. ꝙ ncc̄e est oīe mutatū p̄us mutari. ⁊ q̇d mutat̃ prius esse mutatū. et hui⁹ cā est. qꝛ in motu nō ꝯiungit̃ imp̱tibile imp̱tibili eo ꝙ motus diuisibilis est in infinitū. Et hoc pȝ de lineis q̄ in infinitū diminuunt̃ Tūc ibi Manifestū igit̃. Ondit idē spēaliter in generatōe ⁊ corruptōe. dicēs ꝙ illud qđ factū est ncc̄e est p̄us fieri ⁊ illud qđ fit necesse est factū eē. q̄cunq; tm̄ sṫ diuisibilia ⁊ ꝯtinua Qđ addit ꝭm doctorē. qꝛ accipit generationē cū toto motu cōtinuo p̄cedēte. Sed id qđ fit p̄us factū esse diuersimode inuenit̃ in diuersis. s. in simplicibꝫ ⁊ ꝯpositis Et hoc qđ dcm̄ est de generatōe ita intelligendū est de corruptōe. ⁊ sil'r qđ dictū ē de illis duobꝫ intelligendū est de illuīatōe q̄ est terminus motus localis corp̱is illuminātis. sicut generatio et corruptio est terminus alterationis

Dr. Vtꝝ sit possibile dare in motu p̄mū ⁊ vltimū Pro r̄nsione notandū ꝙ cū p̄mū ⁊ vltimū accipiant̃ in illis q̄ h̄nt p̱tes. sic p̄mum ⁊ vltimū in motu p̄nt attēdi penes tria. ꝭm triplices p̱tes mot⁹. s. vl' penes p̱tes subiectiuas vel q̄ntitatiuas. vel penes terminos Tūc dōm ꝙ si accipiant̃ p̄m ⁊ vltimū penes p̱tes subiectiuas tūc ē simpl'r p̄m ⁊ vltimū in motu. qꝛ ē dabilis p̄ma spēs mot⁹ ⁊ vltīa. vtȝ. viij. huius. Sȝ si sumant̃ ꝭm p̱tes q̄ntitatiuas tūc est distinguendū. qꝛ vel accipiunt̃ p̱tes in motu ꝭm eq̄lē diuisionē. i. ꝭm p̱tes eiusdē q̄ntitatis. ⁊ sic ē dare p̄m ⁊ vltimū in motu. sicut in q̄libꝫ alio ꝯtinuo Exempli grā. in ligno h̄nte decē pedes p̄ma p̱s est p̄m pedale. ⁊ vltīa p̱s ē vltimū pedale. Sil'r in tp̱e. p̄ma hora diei est p̄ma p̱s illi⁹ tp̱is. ⁊ vltima hora est vltīa p̱s eiusdē tēporis. Sil'r ē de motu. qꝛ mot⁹ factus in p̄o pede magnitudinis est p̄ma p̱s mot⁹. sȝ mot⁹ factus in vltīo pede est vltima p̱s mot⁹. Si v̄o accipiant̃ p̱tes q̄ntitatie ꝭm eandē p̱portionē. ⁊ sic nec ē dare primuz nec vltimū in motu. qꝛ sicut dcm̄ ē op̱tet motū eē in tp̱e diuisibili. in spacio diuisibili. ⁊ in mobili diuisibili. sicut ḡ ꝯtinuū diuidit̃ in infinitū. ita data q̄cunq; p̱te v̄sus p̄cipiū. vel v̄sus finē motus. dabit̃ p̄or p̱s v̄sus p̄cipiū ⁊ vlterior v̄sus finez. Si vero accipiant̃ p̄dicta in motu ꝭm termīos. tūc est dare vltimū in motu sed nō p̄mū. qꝛ dat̃ mutatū eē in actu. q̇d est termin⁹ indiuisibilis mot⁹. ⁊ nō p̱s motus. Sed nō dat̃ p̄mū ex p̱te termini a q̄. Cui⁹ rō est. q̇a q̄uis in continuis p̱manētibꝫ termin⁹ sit in actu vtrobiq;. s. ex p̱te p̄ncipij ⁊ finis. sicut linea hȝ duo pūcta termināntia. h̄ tm̄ nō op̱tet in cōtinuis successiuis. q̇a in successiuis fit p̱cessus de potētia ad actū. ⁊ iō actus est solū in termīo ad quez. i. in termīo finali. ⁊ iō ex p̱te finis est dabile vltimū indiuisibile in actu. Et si dicat̃. ꝙ sit etiaȝ dare aliqđ indiuisibile vbi nō est mot⁹ ex p̱te p̄cipij sicut ex p̱te termini Dōm ꝙ tale indiuisibile datū in p̄cipio nō hȝ ordinē ad motū qꝛ nō est initiū mot⁹ sed terminus q̇etis. sed indiuisibile in termīo ad quē est termin⁹ motus. ⁊ hoc iō est. qꝛ motus terminat̃ in indiuisibili. sed nō incipit in indiuisibili

Ar. Si nō eēt dare p̄mū ⁊ vltimū in motu. tūc erit motus infinit⁹ ¶ Dōm ꝙ h̄ qđ nō hȝ aliquo mō p̄m ⁊ vltimū h̄ est q̄ntitatiue infinitū. sic aūt nō est de motu. qꝛ mot⁹ hȝ primū ⁊ vltimū accipiēdo in motu partes eiusdē q̄ntitatis. ⁊ hoc sufficit ad hoc ꝙ motus sit infinitus. Si aūt sumant̃ p̱tes ꝭm eandē p̱portionē. tūc verū est ꝙ nō dat̃ ibi primū nec vltimū. ⁊ tm̄ nō est motus infinitus. qꝛ q̄uis motus tūc nō habeat terminos p̱prios intrinsecos. terminat̃ tamē ⁊ incipit p̱ terminos quantitatiuos extrinsecos. quia est aliquis vltimus terminus vbi nō est tal' motus. tā penes inceptionē q̄ penes desitiōem. Sicut in sil'i liq̄r terminat̃ ad t'mios vasis ꝯtinētis liq̄rem

Ar. Verũ est dicere ꝙ motus incipit. vel ḡ incipit in mutato esse. vel in mutari Si in mutari. tūc añ illud mutari nō est mutatũ eē. Si in mutato eē tunc añ illud nō est mutari. ⁊ ꝑ ꝯñs est dare ṗmũ in motu.

Dōm ꝙ nec motus incipit in mutato esse. nec incipit in mutari. nō in mutato eē. qꝛ mutatũ esse p̄supponit mutari. nec etiā in mutari. qꝛ mutari est esse in motu. sed esse in motu p̄supponit inceptionē motus. sic inceptio motus ē añ mutari. Ex q̊ pꝫ. ꝙ inceptio ⁊ desitio in motu non pñt accipi affirmatie sed negatiue. ¶ Circa qδ sciendũ. ꝙ illoꝝ q̄ incipiũt. q̄dā incipiũt ꝑ mutatōem successiuā. sicut motus ꝓprie dictus. q̄dā vero ꝑ mutatiōem instātaneā. sicut illa q̄ acq̄runꝭ ꝑ generatiōem ⁊ corruptionē. In his ḡ que incipiũt successiue daꝭ inceptio ꝑ vltimũ nō eē Exēpli grā quando dꝛ. motꝰ incipit esse. sensus ē. i. motus iā nō est. ⁊ statim post hoc erit. Sed ex ꝑte desitōis daꝭ desitio ꝑ primũ non eē. qꝛ in vltimo indiuisibili termīo motus nō est motus. ⁊ ṗus fuit motus Exēpli grā cum dꝛ motus desinit eē. sensus est. i. motus iā nō est ⁊ ṗus añ h̄ fuit. In illis āt q̄ incipiũt ⁊ desinũt i instāti mutaꝭ expositio quantũ ad inceptōem. qꝛ inceptio daꝭ ꝑ primũ instās esse. ⁊ sic accipiꝭ affirmatiue. Exēpli grā cuꝫ dꝛ. hō incipit esse. dꝫ sic exponi. hō iā est et imediate añ hoc nō fuit. Et hoc ꝓbaꝭ autoritate ⁊ rōne. Autoritate. qꝛ dt Aresꝭ. octauo huiꝰ ꝙ mutatio tenet se cũ passione posteriori. i. cuꝫ forma posteriori. q̄ acq̄riꝭ. ab illa ḡ dꝫ denoīari mutatio. et iō qñ embrio corrũpiꝭ ⁊ hō generaꝭ tūc dꝫ fieri denomīatio a posteriori passione. i. a posteriori forma q̄ est forma hoīs. ⁊ iō dꝫ inceptio exponi ꝑ ṗmũ instās eē. Rō huiꝰ ē. qꝛ qñ aliq̄d fit in instāti. tūc ꝓ illo instāti silꝭ fit ⁊ factũ est.

¶ Pro cuiꝰ intellectu notandũ. ꝙ qñ ꝓduciꝭ aliq̄d ꝑ instantaneā mutatōem. tūc ꝑ totũ tps p̄cedēs vltimuꝫ instās est in materia ṗor forma q̄ corrũpiꝭ vel abijciꝭ. ſꝫ in vltimo instāti est sub forma q̄ acq̄riꝭ. ⁊ iō optime exponiꝭ ꝑ ṗmũ instās eē. qꝛ h̄ vltimũ instās est primũ eē noue forme. qꝛ ṗus ꝑ totũ tps nō fuit illa forma in materia. sed in materia fuit forma q̄ abijciꝭ. Sed ex ꝑte desitiōis ē dr̄ña qꝛ qñqꝫ desinēte aliq̄ forma ꝑ corruptionem seq̄tur noua forma positiua in materia. sicut qñ hō corrũpitur generaꝭ forma cadaueris. q̄ est forma positiua. qñqꝫ ad corruptionē ṗoris forme nō seq̄tur forma positiā. sicut qñ corrumpiꝭ lumē. qꝛ tenebre nō sꝫ noua forma positiā Si ḡ in desitōe nō seq̄tur noua forma. tūc desitio exponiꝭ affirmatie ꝑ vltimũ instās eē Exēpli grā. lumē desinit eē. i. lumē iam est in aere. ⁊ statim post h̄ nō erit. Si aũt in desitōe sequatur noua forma positiā. tūc desitio exponiꝭ negatie ꝑ primũ nō eē. Exēpli grā. sortes desinit eē. i. sortes iā nō est. ⁊ immediate añ hoc fuit. Cuiꝰ rō ē. qꝛ in eodē instanti ē generatio ⁊ corruptio. alꝭ em̄ materia staret nuda. qδ ē impossibile. Pꝫ. qꝛ qñ abijciꝭ aliq̄ forma in instāti. si in alio instāti noua forma ītroduceretꝭ. ⁊ manifestũ ē. vt sup̄ ꝓbatũ est. ꝙ inter duo instātia sit tps mediũ. ḡ esset aliq̄d tēpus in q̄ materia nullā haberet formā Nō em̄ haberet ṗorē formā. qꝛ corrupta est nec posteriorē. qꝛ nōdũ introducta est. Probato ḡ ꝙ in vno instāti fiat generatio et corruptio. tūc pꝫ ꝓpositũ. Dictũ est em̄ ꝙ in illo instāti inest forma q̄ acq̄riꝭ ꝑ generationē. cũ ḡ due forme subales non sint in eodē nō pt ꝓ eodē instāti ineē forma q̄ abijciꝭ. ⁊ sic oꝑtet desitōem dari ꝑ ṗmũ nō eē Ex istis pꝫ qũo debeāt accipi inceptōes ⁊ desitōes in generatōe ⁊ corruptōe. q̇a si capianꭲ ſm ꝙ includũt p̄uias alteratōnes. tūc in eis fit expositio. sicut in motibꝫ successiuis. s. ꝑ vltimũ nō eē ex ꝑte inceptōis. ⁊ ꝑ primũ nō esse ex ꝑte desitionis. Si aũt capianꭲ ꝓ illis instantaneis introductionibꝫ formaꝝ. tūc debet expositio fieri in eis ꝑ primũ instās esse ex ꝑte inceptionis. ⁊ ꝑ primũ nō esse ex ꝑte desitionis quādo sequiꭲ noua forma. vt patet ex immediate declaratis

Voniā aũt om̄e qδ moueꭲ in tꝑe moueꭲ. et in pluri maior magnitudo. ⁊ in infinito tꝑe īpossibile ē moueri magnitudinē finitā nō eandē sꝑ ⁊ illius aliq̄d q̊d moueꭲ. ſꝫ in om̄i omnē. Et q̇dem igiꭲ si aliq̄d moueaꭲ eq̄ velociter. necesse ē finitũ infinito moueri manifestũ ē. Accepta em̄ ꝑte q̄ mēsurabit totũ in eq̄libꝫ tēporibus tātis q̊t ꝑtes sunt ꝑ totũ motũ est. Quare qm̄ he finite sunt in quantitate vnaquaqꝫ. ⁊ tot modis oēs. ⁊ tps vtiqꝫ erit finitũ Totiꝰ em̄ erit tantũ quantũ tps. qδ est ꝑtis multiplicatio ſm multitudinē partiũ Sed si non eq̄ velociter differt nihil. Sit em̄ in q̄ a ⁊ b. spaciũ finitum. qδ motũ sit in infinito tꝑe. ⁊ tps infinitũ in quo c d. Si igiꭲ necesse est ṗus alterũ altero motuꝫ esse. Hoc aũt manifestũ. ꝙ tꝑis in ṗori et posteriori alterũ motũ est. Semꝑ em̄ in pluri alterũ erit motum esse. siue eque velociter mutet siue nō eq̄ velociter mutet. ⁊ siue intendaꭲ motus siue remittaꭲ. siue maneat nihil minus. Accipiatur igiꭲ aliq̄d a b spacij. q̊d sit a e. qδ mēsurat a b. Hoc itaqꝫ infiniti in quodā factũ est tempore. In infinito em̄ nō potest esse. Omne em̄ in infinito est. Et iterũ alteꝝ iā si accipiamus q̄ntũ est a e. necesse est in infinito tꝑe esse. Om̄e em̄ in infinito. ⁊ sic accipiēs qm̄ infiniti q̇deꝫ nulla ꝑs que mēsuret Impossibile em̄ infinitũ esse ex finitis. ⁊ eq̄libus ⁊ ineq̄libus ꝓpter id qδ mensuraꭲ infinita multitudine ⁊ magnitudine a q̊dam vno. siue equalia siue ineq̄lia finita autēꝫ magnitudine nihil minus. Spaciũ aũt finituꝫ tantis. que sunt a b. mēsuraꭲ in finito tꝑe a b moueꭲ. Similꭲ autē ⁊ in quiete. Q̄re neqꝫ fieri neqꝫ corrũpi possibile est semꝑ aliq̄d vnuꝫ ⁊ idē

Eadē aũt rō ⁊ ꝙ neqꝫ in finito tꝑe infinitum

possibile ē moueri. neq3 q̄escere. neq3 qd̄ regula/ rit mouet. neq3 qd̄ irregularit. Accepta em̄ q̄/ dā pte q̄ metiet totū tps. in hac aliq̄d tantū trā/ sibit magnitudinis. ₇ nō totā In omi em̄ totaz. et itez in eq̄li aliā. ₇ in vnoquoq3 silr. siue eq̄lis erit siue ineq̄lis ei q̄ est a pncipio. Differt autē nihil. si solū sit finita aliq̄ vnaq̄q3 Manifestū ei ꝙ diuiso tpe infinitū nō auferet finita ablatione facta. ₇ quāto eo ꝙ tot modis Quare nō trāsi/ bit in finito tpe ifinitū Nihil āt differt magnitu dinē in altā. aut vtrāq3 eē ifinitā Erit ei eadē rō

¶ Postq̄3. p. determiauit de diuisiōe mot⁹. hic determi/ nat de finito ₇ infinito in motu. q̄a sicut diuisio ptinet ad rōem ɔtinui. ita finitū ₇ infinitū. Et q2 sup̄ oñdit ꝙ diui sio silr inuenit in motu magnitudine tpe ₇ mobili. iō nunc oñdit idē de infinito Circa primū pmo oñdit ꝙ si magni tudo sit finita tūc tps nō p̄t esse infinitū. Scd̄o oñt ecō/ uerso. ibi. Eadē autē rō. Circa primū primo repetit duo necc̄aria ad ꝓpositū ostēdendū quoꝝ primuz est ꝙ oīne q̄d mouet est in tpe. Scd̄m ē. ꝙ in maiori tpe ptransit maior magnitudo. Ex his suppositis ꝓbat qd̄ intēdit. s. ꝙ nō req̄rit tps infinitū ad ptrāseundū magnitudinē finitam Et h̄ sic. si det mobile eq̄ velociter motū p totā magnitu dinē. tūc tale mobile ptrāsibit pmo aliquā ptē magnitu/ dinis in tpe finito. scd̄o ptrāsibit aliā partē eiusdē q̄ntita tis etiā in tpe finito. sed multe ptes accepte in aliq̄ corpe finito reddūt magnitudinē finitā. g̃ sicut vnā ptē ptran/ sit tpe finito. ita etiā totā magnitudinē. Exempli grā. sit magnitudo finita h̄ñs centū ptes. ad illā trāseundū non op3 esse tps infinitū. q2 si vna ps ptransit tpe finito. sc3 in anno tūc tota magnitudo ptransibit in centū annis. g̃ nō req̄rit ad hoc tps infinitū Deiñ ibi. Sed si nō. Addit Arest. ꝙ idē seq̄tur si dent mobilia nō eque velocit mo/ ta. q2 etsi ptes tpis sunt ineq̄les in motu. q2 in vna parte mouet velocius. ₇ in alia tardius. sunt tñ finite s̄m mul/ titudinē posita magnitudine finita vt supponit. et sic non p̄t ex eis ɔstitui tps infinitū. Et ponunt exēpla p l̄ras in textu Tūc ibi. Eadē aūt rō. Probat ecōtra ꝙ si tem/ pus sit finitū. etiā optebit magnitudinē esse finitā. q̄a ca/ piēdo aliquā ptē tpis ptrāsit aliq̄ ps magnitudinis. s3 il/ la ps magnitudinis aliq̄tiens sumpta reddit totā mag/ nitudinē. igit ₇c. Ex hoc sic arguit. nullū mēsuratū est in/ finitū. sed illa magnitudo mēsurat p tps finitū. ergo non est infinita neq3 ex vna parte neq3 ex vtraq3. quia eadem ratio est de vtroq3

Demōstratis em̄ his manifestuz est. ꝙ neq3 finitā magnitudinē infinitū cōtingit trāsire in finito tpe ppter eandē cām. In pte em̄ tpis fini tū trāsibit. ₇ in vnoquoq3 silr quare in omni fi/ nitū. qm̄ aūt finitū transibit. ₇ in vnoquoq3 silr q2 in omni finitū. Quoniā aūt finitū nō tran sibit infinitū in finito tēpore manifestū est. sicut neq3 infinitū finitum. Si em̄ infinitū finitū. ne cesse est ₇ finitum infinitū transire. Nihil enim differt q̄dlibet esse quod mouet. vtrobiq3 em̄ finitum ptransibit infinitū. Cum em̄ moueatur infinitū in q̄o est a. erit aliquid ipius s̄m b. fini tum c d. ₇ iterū aliud ₇ aliud et semp sic. Quare simul accidit infinitū motū esse per finitum. ₇ fi nitū transire infinitum Neq3 em̄ fortassis possi bile est aliter infinitū mutare finitum q̄3 ꝙ fini tum trāseat infinitū. aut ita quod ferat aut me/ tiatur. Quare quoniā3 hoc impossibile est non transibit infinitum finitū At vero neq3 infi/ nitum in finito tēpore trāsibit infinituz. Si em̄ infinitū ₇ finitū. inest em̄ infinito finitū Am/ plius aūt ₇ tēpore accepto eadē erit demonstra tio Quoniā aūt neq3 finitū trāsibit infinituz neq3 infinitū finitū. neq3 infinitū in finito tēpo/ re mouet. Manifestū est ꝙ neq3 motus erit in finitus in finito tpe Quid em̄ differt motū aut magnitudinē infinitū facere. Necesse em̄ siqui/ dem hoc infinitū alterū. ₇ alterū infinitum esse Omnis enim loci mutatio in loco est

¶ Hic ɔñter Arest. oñdit ꝙ finitū ₇ infinitū silr inuenit in mobili. sicut in magnitudine ₇ tpe. Et circa hoc pmo ostēdit. ꝙ mobile nō potest esse infinitū si tps ₇ magnitu do sint finita duab⁊ rōnibus. Et stat prima rō in hoc. p/ tes mobilis et tpis ꝓportionant. q2 in pte tpis ps mobi/ lis ptransit aliqd̄ spaciū. Et sic optet accipe tot ptes mo bilis q̊t ptes tpis. ₇ p ɔñs mobile qd̄ mouet in toto tpe finito est finitū Tūc ibi. Qm̄ aūt. Ponit scd̄am rōem q̄ stat in hoc. si mobile infinitū ptrāseat spaciū finitū. tūc etiam mobile finitum ptransibit spaciuz infinitum. quia ex q̊ mobile est quantū ₇ silr spaciū est q̄ntū. ₇ q2 iste quā/ titates ꝓportionant sic nihil refert dicere quod illoꝝ mo ueat. quicq̄d aūt q̄escit habet ꝓ spacio. ₇ qd̄ mouet habe/ bit ꝓ mobili. Deiñ ibi At vero neq3 Oñdit ꝙ non p̄t eē mobile infinitū spacio exñte finito ₇ tpe finito. dicēs ꝙ infinitū mobile non ptrāsit infinitū spaciū tpe finito. q2 in omi infinito ē aliq̄d finitū. Si g̃ mobile infinitū ptrāseat spaciū infinitū in tpe finito seq̄tur ꝙ ptrāseat spaciū infini tū in tpe finito qd̄ est ɔ̄ p̄ostensa Deiñ ibi. Amplius aūt. Dicit ꝙ eadē demōstratio erit si accipiat tps infini tū ₇ spaciū finitū. q2 si ptrāsit infinitum mobile finitū spa cium in tēpore infinito seq̄tur ꝙ in aliq̄ pte tpis finiti per transeat aliquā partem spacij. ₇ ita infinituz pertransibit finitum in tenpore finito. quod est contra preostensa. Tunc ibi. Quoniā aūt. Cōcludit in omibus istis ꝙ

tempus motus magnitudo ⁊ mobile equaliter se habēt ad finitū ⁊ infinitū. Dicēs ꝙ q̄ꝛ finitū mobile nō ptransit spaciū infinitū nec infinitū mobile finitū spaciū neqꝫ infinitū mobile infinitū spaciū in tpe finito. seqtur ex his ꝙ nō posset esse motus infinitus in tpe finito. qꝛ quantitas motus accipit̃ ẜm quantitatē spacij. q̄re non differt dicere motū infinitū aut magnitudinē. qꝛ necesse est ꝙ si vnuz eoꝝ fuerit infinitū ⁊ alterū esse infinituz. qꝛ nō p̄t esse aliq̄ pars loci mutationis extra locum

Querit̃. Utrū eodez mō ista q̄ttuoꝛ. s. mobile motus tp̄s ⁊ spaciū habeant se ad finitū ⁊ infinitū ¶ Dōm ꝙ sic. ⁊ rō est. qꝛ finitū ⁊ infinitū sꝫ passiones q̄ntitatis. Ex hoc sic arguit̃. vbicūqꝫ sꝫ eadez p̄ncipia ibi sꝫ eedē passiones. qꝛ passiones oꝛiunt̃ ex principijs. sed rō quātitatis in qua fundat̃ infinitas ⁊ finitas est vna in istis. qꝛ deriuat̃ quātitas a magnitudine ad motū ⁊ ad tēpus quod est passio motus. ergo in eis erit vna passio. scꝫ finitum ⁊ infinitum

Ar. Potest qn̄qꝫ mobile esse finitū. ita tn̄ ꝙ motꝰ et tp̄s sint infinita. vt pꝫ de motu celi. igitur. ¶ Dōm ꝙ sentētia Arestꝭ. intelligēda ē de mobili quod mouet̃ motu recto. ⁊ nō de mobili qđ mouet̃ motu circulari. Cuius rō est. qꝛ qđ mouet̃ motu recto hoc sp̄ hꝫ nouas ptes spacij circa quas mouet̃. q̄s prius nō habuit. et nō reiterat̃ ibi eadē p[illegible] sicut in motu circulari Et ergo in motu recto sic est. ꝙ si motus sit infinitus etiā spaciū erit infinitū. in motu aūt circulari nō accipiunt̃ sp̄ noue ptes que nunq̄ erāt p̄us accepte. sed eedē ptes reiterant̃. ergo p̄t talis motus esse infinitus. mobili exn̄te finito.

Ar. Aliquod mobile p̄t moueri p potentiā diuinā per spaciū ẜm ptes eiusdē ꝓportionis ⁊ ille partes sunt infinite. ergo mouebit̃ mobile finitū p spaciū infinitum. ¶ Dōm ꝙ hoc est impossibile. s. ꝙ moueat̃ aliqđ mobile p spaciū ẜm partes eiusdem ꝓportōis in cōtinuo. qꝛ tales ptes solum sunt in potētia. sed optet ꝙ pars supra quā mobile mouet̃ sit in actu. quia actu tangit̃ a mobili. Si ergo moueret̃ aliquod mobile p spaciū ẜm partes eiusdem ꝓportōnis. tunc ille ptes essent in actu. quia per eas fieret motus ⁊ non essent in actu. quia sunt ptes eiusdem ꝓportionis. ⁊ sic aliquod idē esset simul in actu ⁊ nō in actu quod implicat cōtradictionem

Ar. Quies infinita nō req̄rit subiectū infinituz. ergo nec motus infinitus req̄rit mobile ⁊ spaciū infinita ¶ Dōm ꝙ nō est simile. qꝛ terra in infinitū quiescit. ⁊ tamē ipsa non est infinita. qꝛ quod q̄escit per totum manet in eodem loco. sed qđ mouet̃ cōtinue mutat locuz et ex illa mutatōe surgit diuisio in ptes tā mobilis q̄ꝫ temporis ⁊ q̄ꝫ spacij. Cum g̃ ptes hincinde debeant ꝓportionari. sic scꝫ si vnū sit infinitū etiā alteꝝ erit infinitū. g̃ si ptes mobilis sint infinite. optet motū esse infinitum

Quoniā aūt omne aut mouetur aut q̄escit quod aptū natum est. quādo aptū est et q̄ et sic. necesse omne q̄d stat cuꝫ stat moueri. si em̄ nō mouet̃ quiescit. sed non contingit quiescere quiescēs Hoc autē demonstrato manifestū quod in tēpoꝛe mouet̃. quare necessitate est in tempoꝛe stare. Quod enim mouet̃ in tempoꝛe mouet̃. quod aūt stat ostēsum est omne qđ mouetur. quare necesse est in tēpoꝛe stari. Amplꝰ aūt si velocius ⁊ tardius in tēpoꝛe dicimus. stare autem est velocius ⁊ tardius

¶ Postq̄ꝫ Arestoteles determinauit de diuisione motꝰ hic cōsequenter determinat de his que ptinent ad diuisionē quietis. Et quia statio est generatio quietis. vt in quinto dictum est. ideo primo determinat ea que pertinent ad stationem. Secūdo ea que ptinent ad quietem ibi. Neqꝫ igitur quiescens. Circa primuꝫ primo probat ꝙ omne quod stat mouetur. ⁊ hoc tali ratione. Illud qđ stat aptum natum est moueri vel quiescere. sed non quiescit ergo mouetur. Maioꝛ patet. quia si priuatio et habitus habent fieri circa idem subiectuꝫ. tunc necesse est vnū illoꝛum inesse subiecto. omne ergo quod aptum natuꝫ est moueri vel mouetur vel quiescit. Minoꝛ patet. quia stare est ad quietem tendere. ⁊ sic nondum quiescit. Secundo ibi Hoc autem. probat ꝙ omne quod stat in tpe stat et hoc duabus rationibus. Prima est. omne quod mouetur. mouetur in tempoꝛe. sed omne quod stat mouet̃. vt statim pꝛobatum est. ergo omne quod stat in tempoꝛe stat. Secūda ratio est. in quo inuenitur velocius ⁊ tardius hoc potest mensurari tempoꝛe. quia velocius et tardius mensurantur tempoꝛe. sed om̄e quod stat. stat velocius ⁊ tardius. g̃ om̄e quod stat in tempoꝛe stat

In quo autem primo quod stat ⁊ statur. in quodlibet huiusmodi necesse est stari. Diuiso enim tempoꝛe siquidem in neutra partium statur. neqꝫ in toto Quare neqꝫ vtiqꝫ stat quod statur. Si vero in altero non primo toto statuꝫ est Scđm enim vtrunqꝫ in hoc statur sicut dictuꝫ est. ⁊ in eo quod mouetur prius. Sicut autē quod mouetur non est in quo primo mouetur: sic vtiqꝫ neqꝫ in quo statur quod stat. cum stat moueri. Non em̄ in ipso moueri neqꝫ stari aliquid est primū. Sit enim in quo primo statur in quo est a b. Hoc quidē impartibile non contingit eē. Motus em̄ nō est in imptibili ppter id quod motū est aliquid ipius. Quod autē statur demonstratū est eē qđ mouet̃. At uero si diuisibile in qualibet ipius ptiuꝫ statur. Hoc em̄ ostensum p̄us ꝙ in quo primū stat̃. in quolibet

ipsius stat̄. Oīm ergo tp̄s est in q̄ pmo statur. ꝛ nō athomū est. omne aūt tp̄s in infinitū ptibile nō erit in q̄ pmo stat̄ Neqꝫ igit̄ q̄escens cū pmo q̄euit est. In imptibili em̄ nō q̄euit ppter id ꝙ est motus in athamo. In q̄ aūt q̄escere ꝛ moueri Tūc em̄ dicim⁹ q̄escere qn̄ et in q̄ aptū natū est moueri. nō mouet̄ qd̄ aptū natū est. Amplius aūt id dicim⁹ q̄escere cū simil'r se habeat nūc vt pus. tanq̄ꝫ nō vno q̄dā indicātes. sꝫ duobus mimis Quare nō erit in q̄ q̄escit imptibile. Si vo ptibile tp̄s vtiqꝫ erit. ꝛ in q̄libet ptiūꝫ istaꝝ q̄escit. Eodē em̄ mō demōstrabitur q̄ ꝛ in priorib⁹. q̄re nullū erit pmū. Huius aūt cā est. qꝛ q̄escit q̄dē ꝛ mouet̄ oīe in tp̄e. Tēpus autē nō est pmū neqꝫ magnitudo. neqꝫ omino nullū cōtinuū. Oīe em̄ ꝯtinuū in infinita diuisibile

¶ Hic phs vult 3° ondere ꝙ nō est dare pmū in statiōe Et circa hoc pmo ondit quō aliq̄d dicat̄ stare in toto tēpore. Et dt ꝙ hoc dr stare in toto tp̄e q̄d stat p q̄libet pte illius tp̄is. qꝛ si nō staret sm qualibet ptē. tūc staret solū sm vnā ptē. ꝛ sic nō staret in toto tp̄e. Et qꝛ stare est etiā moueri. iō ponit̄ hic eadē pbatio q̄ pus data fuit de motu. vbi pbatū fuit ꝙ si aliq̄d mouet̄ pmo in aliq̄ tp̄e. tūc mouet̄ in q̄libet pte illius tp̄is. ¶ Tūc ibi. Sicut āt Ponit pncipale qd̄ intēdit. s. ꝙ nō est dare pmā partē in statōe. Et dt ꝙ sicut nō est accipe aliquā pmāꝫ ptē tp̄is in q̄ aliqd̄ mobile mouet̄. ita nec in statōe. qꝛ neqꝫ in ipso moueri neqꝫ in ipo stare pt esse aliq̄ pma ps. quicq̄d em̄ stat aliq̄ tp̄e pus stetit p medietate illi⁹ tp̄is Et h̄ sic ondit̄. qꝛ qd̄ stat ī aliq̄ tp̄e stat p q̄libet pte illi⁹ tp̄is. cū g̊ statio nō possit esse in indiuisibili. sic statio solū fit in tp̄e. sed dato tp̄e continuo dat̄ pus tp̄s. qꝛ medietas ei⁹. g̊ nō est dare pmū in statōe. Deiñ ibi Neqꝫ igit̄. Ondit idem de q̄ete. s. ꝙ nō est accipe primū in q̄ete. ꝛ pmo resumit duas rōes positas q̄b⁹ pbatū fuit ꝙ nō est q̄es in indiuisibili tp̄is. quaꝝ pma fuit. motus nō est in indiuisibili tp̄is. g̊ nec q̄es. qꝛ eodē mō ꝯtingit semp aliq̄d q̄escere ꝛ moueri Scd̄a rō. hoc dr q̄escere qd̄ hꝫ se eodē mō nūc et pus. sed in indiuisibili nō est nūc ꝛ pus. g̊ optet quietē eē in diuisibili qd̄ hꝫ nūc ꝛ pus. Ex q̊ sic arguit̄. q̄es nō est in indiuisibili tp̄is sed in tp̄e. dato g̊ illo tp̄e in quo est q̄es dabit̄ adhuc medietas illi⁹ tp̄is in q̊ fuit pus q̄es. ꝛ g̊ nō est accipe pmūꝫ in quiete sicut neqꝫ in motu.

Oīm aūt oē q̄d mouet̄ in tp̄e mouet̄. ꝛ ex quodā in q̄ddā mutat̄. in q̄ tp̄e sm se. ꝛ nō in q̄ in illius aliq̊ impossibili est. tūc sm aliq̄d eē pmūꝫ qd̄ mouet̄ q̄escere em̄ est. eo ꝙ in eodē sit tp̄e q̄dā ꝛ ipm ꝛ ptiū vnaq̄qꝫ. Sic em̄ dicimus q̄escere. cū in alio ꝛ in alio ipsoꝝ nūc verū sit dicere ꝙ in eodē ꝛ ipm ꝛ ptes. Si āt hoc est quiescere nō ꝯtingit ꝙ mutat̄ sm aliq̄d esse totū sm pmū tp̄s. Tp̄s em̄ diuisibile oē. q̄re in alia ꝛ alia ipsius pte verū erit dicere ꝙ in eodē sit ipm ꝛ partes Si em̄ nō sic est. sed in vno solo nūc. erit tēpus nullū sm aliq̄d. sed sm terminuꝫ tp̄is. in ipso āt nūc est q̄dē sm aliqd̄ mouēs. non tn̄ q̄escit Neqꝫ em̄ moueri neqꝫ q̄escere est in ipso nunc. Sed nō moueri q̄dem est verū in ipo nūc ꝛ eē sm aliq̄d. in tp̄e aūt nō cōtingit esse sm aliquid quiescēs. Accidit enim qd̄ fertur quiescere.

¶ Hic phs ponit q̄ndā ꝯsiderationē p quā distinguit̄ illud qd̄ mouet̄ ab eo q̄d q̄escit. ꝛ hoc iō. qꝛ in scd̄a rōne dictū est pus ꝙ q̄escere est se habere eodē mō nūc ꝛ pus Et circa hoc pmittit duas suppōes. quaꝝ vna est. ꝙ oē qd̄ mouet̄. mouet̄ in tp̄e. Scd̄a ꝙ oīe qd̄ mutat̄. mutat̄ ex vno termīo in aliū. Ex his duob⁹ ꝯcludit ꝙ qn̄ aliq̄d mouet̄ pmo ꝛ p se ꝛ nō solū rōne sue pt[...]. tūc se hꝫ p totū tp̄s in alia ꝛ alia dispōne. ꝛ sic nō est p aliqd̄ tp̄s in eadē dispōne Sed hoc dicitur q̄escere p se qd̄ se habet per totum tempus in eadem dispositione. ꝛ sic non est per illud tempus in alia et alia dispositione. Relinq̄tur g̊ ꝙ omne qd̄ mouet̄ q̄ꝫdiu mouet̄ nūq̄ꝫ est in vno ꝛ eodē p duo nūc. sed p vnū solū. Et h̄ ptꝫ in motu locali.

Dr. Utrū in q̄ete sit dabile pmū ꝛ vltimū ¶ Dicēdū ꝙ non. ꝛ rō est. qꝛ q̄es fit in tp̄e. sicut dcm̄ est et nō in instāti. dato g̊ tali tp̄e dabit̄ porps de eodē tp̄e. Et eadē rō est q̊ ad h̄ de stare. q̄ꝫuis em̄ stare ꝛ quiescere apud nos videant̄ eē multū ppinq̄ in scato. non tn̄ apud grecos a q̄b⁹ sꝫ isti termini trāslati. nā stare est ad quietē tendere. ꝛ iō stare est moueri. sed q̄escere nō est moueri.

Ar. In termīo indiuisibili mot⁹ est q̄es. g̊ erit dabile pmū in q̄ete ¶ Dōm ꝙ in indiuisibili termino mot⁹ nō est motus nec q̄es. qꝛ mot⁹ ꝛ q̄es solū habēt fieri in tp̄e. hoc autēꝫ vltimū est indiuisibile tp̄is. g̊ in eo nō pt eē q̄es nec mot⁹ Est aūt q̄es statim post hoc indiuisibile assignatū in tp̄e. sicut motus fuit an̄ hoc indiuisibile p totū tp̄s. ꝛ iō dat̄ inceptio q̄etis p vltimū nō esse sicut inceptio motus. Debet ergo illa sic exponi. quies incipit esse. id est quies iam nō est. sed statim post h̄ erit. Ex quo patet ꝙ idem est indiuisibile quod est pmūꝫ nō esse motus ꝛ quod est vltimū non esse quietis.

3 Eno aūt deratiocinat̄ ꝛ petalogizat. Si em̄ semp dt q̄escit omne aut mouet̄ cūꝫ sit sm equale. Erit aūt semp qd̄ fert̄ in ipso nunc immobilem esse sagittam que fert̄. hoc aūt falsum est. Nō em̄ ꝯponit̄ tp̄s ex ipis nūc indiuisibilib⁹. sicut alia magnitudo vlla

¶ Iste est tercius tractatus huius sexti. in quo excludit
ph's errores circa motũ Et sũt tres errores q̃s excludit
primus fuit Zenonis q̃ dixit nihil moueri Scd̃s fuit De
mocriti q̃ dixit indiuisibilia moueri. Terci' fuit Eracliti
q̃ dixit oĩa moueri. Et ꝯm h̃ iste tractat' diuidit̃ in tres
ꝑtes In prima soluit rões zenonis negãtis totalr̃ motũ eẽ
In scd̃a oñdit ꝙ indiuisibile nõ mouet̃. ꝯtra democrituz
ibi. Ostẽsis aũt ex his. In tercia oñdit oẽm mutatõez eẽ
finitã ꝯ Eraclitũ q̃ ponebat oĩa sp̃ moueri. ibi. Muta°
aũt oĩs. Circa primũ ponit primo q̃ndã rõnem zenonis ꝛ
soluit eã q̃ ꝑtinet ad id qd̃ imediate de motu premiserat.
Scd̃o explicat oẽs rões ei' ꝑ ordinẽ. ibi Quattuor ãt sũt
Dicit g̃ p° ꝙ zeno male rõcinabat̃ ꝛ appareti syllogismo
vtebat̃ ad oñdendũ ꝙ nihil mouet̃. Et stat rõ in h̃. nihil
mouet̃ qñ est in loco sibi eq̃li. sed oẽ qd̃ fert̃ localit̃ est in
loco sibi eq̃li in q̃libet nũc. g̃ nihil mouet̃. Istã rõem soluit
Aresto. ꝑ ea q̃ dicta sũt prius. s. qñ aliq̃d mouet̃ in aliq̃ tp̃e
tũc etiã mouet̃ in q̃libet ꝑte illius tp̃is. q̃uis nõ moueat̃
ꝑ aliq̃ nũc illius tp̃is. sic g̃ q̃uis aliqd̃ mobile ꝑ aliq̃ nũc
sit in loco sibi eq̃li. non tñ ꝑ q̃libet ꝑte tp̃is est in loco sibi
eq̃li. q̃ in tp̃e sp̃ recipit aliũ ꝛ alium sitũ. Vel p̃t aliter sic
dici extra textuz ꝙ dupl'r aliq̃d est in loco sibi eq̃li. Vno°
absq3 tendẽtia ad aliũ locũ. i. ꝙ nõ tẽdat vlterius ad aliũ
locũ. ꝛ sic est veꝝ ꝙ quicq̃d est in loco sibi equali quiescit.
Alio° aliq̃d est in loco sibi eq̃li tendẽs ad aliũ locũ. ꝛ sic il
lud qd̃ mouet̃ est in loco sibi eq̃li. q̃ tẽdit sp̃ ad aliũ locuz
quẽ acq̃rit ꝑ motũ localẽ. q̃ locus est ꝓprie termin' mot'.
q̃ talia loca sũt deferẽtia ad vltimũ locũ. ꝛ nõ terminãtia
motũ. ꝛ qd̃ est sic in loco sibi eq̃li nõ quiescit sed mouetur

Quattuor aũt sunt rões de motu Zenonis
habẽtes difficultatẽ soluẽtibꝫ. prima quidẽ de
eo qd̃ nõ mouet̃ ꝓpter hoc ꝙ prius in mediũ opꝫ
accedere qd̃ fert̃ q̃ꝫ ad finez de q̃ diuisimus in
priorib' rõnib'   Scd̃a autez vocata achilles
Est aũt hec. nã qd̃ tardi' neq̃q̃ꝫ iunget̃ currẽs
a velocissimo. nã necesse est ꝓsequẽs ire vñ mo
uit fugiẽs. Quare sp̃ aliq̃d habere necẽ est tar
dius Est aũt hec eadẽ rõ in decidendo in duo.
differt aũt in diuidẽdo nõ in duo acceptã ma-
gnitudinẽ Nõ quidẽ igit̃ ꝯiungi tardius acci-
dit ex rõne. Fit aũt ad idẽ in duo decisioni. In
vtrisq3 em̃ accidit nõ iũgere ad terminuz diuisa
quodã mõ magnitudine. Sed apponit̃ in hoc
qd̃ neq3 velocissimũ qd̃ cuz tragedia dc̃m est in
ꝓsequẽdo tardius. Quare necesse est eẽ eandez
solutionẽ. velle ãt ꝙ ꝓcedẽs nõ iũgat̃ falsuz est.
Cũ em̃ ꝓcedit nõ ꝯiunget̃. s3 tñ ꝯiunget̃ si q̃dẽ
dabit̃ trãsire finitã Hec q̃dez igit̃ rões sunt due
¶ Hic ponit seriatim oẽs rõnes Zenonis q̃bus vtebat̃
ad destruendũ motũ localẽ. prima stat in hoc. infinitũ non
potest ꝑtransiri. sed q̃libet pars spacij sup̃ quã est motus
est infinita. g̃ nõ p̃t ꝑtransiri. Maior pꝫ. q̃ qd̃ trãsit̃ est fi
nitũ. Minor pꝫ. q̃ spaciũ est ꝯtinuũ. sed oẽ cõtinuum
hꝫ infinitas ꝑtes. q̃ diuisibile est in infinitũ   Tunc ibi.
Scd̃a aũt. Ponit̃ scd̃a rõ. quã vocauit achillẽ. q̃si inuin-
cibilẽ aut insolubilẽ. q̃ sicut Achilles ꝯm hystoriã troya
nã fuit inuincibilis viribꝫ. sic ista rõ ꝯm eũ est inuincibilis
quo ad solutõem. Et stat in hoc. Si aliq̃d moueret̃. seq-
ret̃ ꝙ mobile velocissimũ nunq̃ꝫ posset attingere mobile
tardissimum. ꝛ hoc si mobile tardissimũ incepit moueri
ante mobile velocissimũ. Probat̃. quia si tardissimũ po-
nat̃ ꝓcessisse velocissimũ in aliqua ꝑte spacij. ꝛ hoc spaciũ
est infinitũ qd̃ est inter tardissimũ mobile ꝛ velocissimũ.
sicut in priori rõne dc̃m est. nunq̃ꝫ poterit velocissimũ mo
bile venire ad illũ locũ vbi nũc est mobile tardissimũ. cũ
infinitũ nõ ꝑtranseat̃. Solo ãt istaꝝ duaꝝ rõnũ stat in h̃
ꝙ spaciũ supra qd̃ fit motus accipit̃ dupl'r. vno mõ ꝯm ꝑ-
tes potẽtiales. que sunt ꝑtes eiusdẽ ꝓportionis. ꝛ sic hꝫ in
finitas ꝑtes. sed sic mobile non vtit̃ spacio in motu. Alio
mõ accipit̃ spaciũ ꝯm ꝑtes actuales. ꝛ sic hꝫ ꝑtes finitas
et sic mobile vtit̃ spacio. q̃ describit ꝑtes actuales q̃titatiuas in motu. q̃ passus aut alias ꝑtes actuales spacij

Tercia aũt que nũc dicta est. qm̃ sagitta que
fert̃ stetit. Accipit autẽ ꝯm ꝙ accipit tp̃s ꝯpo-
ni ex ipis nũc. nõ dato em̃ hoc non erit syllogis-
mus   Quarta ãt ẽ ex his q̃ mouet̃ stadio ex cõ
trarietate equaliũ magnitudinuz iuxta equalia
Hoꝝ nanq3 q̃dem a fine stadij. illoꝝ autẽ a me
dio eq̃li velocitate In quo accidere opinat̃ eq̃le
tp̃s duplici medio.   Est aũt deceptio in eo ꝙ
hic q̃dem secus motũ. illud aũt secus quiescens
equalẽ magnitudinẽ velle equali velocitate ꝯm
eq̃le fieri tp̃s. Hoc aũt falsum est. vt sint stãtes
eq̃les fieri magnitudines in quibus sunt a a a.
alie aũt in quibꝫ ipsa b b b. incipientes a medio
eq̃lis ꝯm numeruz his entes et magnitudinem
Alie autez in quibꝫ ipa c c c. ab vltimo eq̃les nu
mero his ꝛ magnitudine eque veloces ipsis b.
Cõtingit igit̃ primũ b. simul cũ vltimo a esse. ꝛ
primũ c. secus inuicẽ motoꝝ. Accidit aũt ipsuz
c. iuxta oĩa a. trãsire ipm aũt b. secus media a. q̃
re mediũ esse tẽpus. equale em̃ vtrũq3 est secus
vnũquodq3. Simul aũt accidit ipsum b. secus
oĩa c. transactũ esse. Simul em̃ erit primũ b
et primũ c. in ꝯtrarijs vltimis in equali tẽpoꝛe

ad vnūquodq; factū ipsoꝝ b. q̄tū quidem ipsorū a vt ait, ꝓpter ambo eq̄li tpe secus ipsa a fieri. Rō quidē igit̄ hec est. accidit aūt ad dictā falsitatē.

¶ Hic ponit terciā rōnē dicens. ꝙ ratio tercia Zenonis erat illa quā supra posuit anteq̄ inciperet rōnes enumerare. scʒ ꝙ sagitta qn̄ fert̄ quiescit. Et sicut supra dictū est hō accidere videt̄ ex eo ꝙ ipe supponit ꝙ tēpus ↄponatur ex ipsis nūc, nisi em̄ hoc ↄcedat̄ nō poterit syllogisare ad ꝓpositū Deinde ibi. Quarta aūt. Ponit quartā rōnem q̄ stat in hoc. si esset motus localis. tunc sequeret̄ ꝙ idem esset tempus duplū ꝛ dimidiū Probat̄. qꝛ si ponant̄ duo mobilia moueri eq̄ velociter sic ꝙ vnū moueat̄ sup̄ spaciū quiescens. ꝛ aliud supra spaciū simul motū cū mobili. tūc illud mobile qđ ponit̄ supra spaciū simul motū in eodem tpe ꝑtransit duplex spaciū. pro quo tpe aliud mobile positum supra spaciū quiescens mouet̄ supra dimidiū spaciū sed ad describendū duplex spaciuʒ requirit̄ duplex tēpus ergo idē tempus erit duplū ꝛ dimidiū. Est em̄ duplū. qꝛ in illo tpe ꝑtransitur duplex spaciū ab illo mobili qđ mouebat̄ supra spaciū motū. ꝛ est dimidiū. qꝛ in eo describit̄ dimidiū spaciū ꝑ aliud mobile qđ mouet̄ supra quiescens spaciū. qđ declarat in litteris. Tūc ibi. Est aūt deceptio. Ponit solutōnem illius ratōnis. ꝛ dt ꝙ ista rō p̄supponit falsum. qꝛ nō semꝑ req̄ritur tēpus duplex. si describat̄ duplex spaciū. sed hoc oportʒ si cetera sint paria. id est eodē mō se habeāt mobilia ad spaciū. sic ꝙ spaciū vndiq; quiescat vel vndiq; moueat̄. sed hoc nō est hic. qꝛ vnū spaciū quiescit ꝛ aliud mouetur. Et ideo verū est si duo mobilia eque velocia ponātur moueri supra spaciū quiescēs tūc ad describendū duplex spaciuʒ requirit̄ duplex tēpus

Neq; igit̄ fm̄ mutatōnem in ↄtradictiōe nobis nullū erit impossibile. vt si ex nō albo in album mutetur ꝛ in neutro est. Tanq̄ ergo neq; albū erit. neq; nō albū. Nō em̄ si in nō totuʒ in quolibet est. nō dicetur album. aut non album Albū em̄ dr̄ aut nō albū. nō ꝙ totum sit huiusmodi. sed quo plures aut magis ꝓprie partes nō aūt idem est nō esse in hoc. ꝛ non esse in hoc totū. Siliter autem est ꝛ in esse ꝛ in nō esse ꝛ in alijs que fm̄ ↄtradictiōem sunt. Erit quidem em̄ ex necessitate in altero oppositorū. in neutra autem semꝑ totum. Item in circulo ꝛ sphera. ꝛ oīno que in ipsis mouent̄. qꝛ accidet ipa quiescere in eodē loco fm̄ tēpus. quidā sunt et ipsa ꝛ partes. quare quiescunt simul ꝛ mouebūtur. Primū quidē em̄ partes non sunt in eodē nullo tpe. postea et totū mutat̄ semꝑ in alterū Nō ei eadē est ab ipso b ꝛ c. ꝛ alioꝝ vnoquoq; signorū. nisi sit musicus hō ꝛ hō qꝛ accidit. Quare mutat̄ semper altera in alteram. ꝛ nequaq̄ quiescet. Eodem aūt modo est ꝛ in sphera. et in alijs que in ipsis mouentur

¶ Hic phs ponit aliā rōnem ꝑ quā excludebat mutationē que est inter ↄtradictoria. ꝛ stat in hoc. Illud qđ mutat̄ nō est in aliquo termino. qꝛ qn̄ est in termīo a quo nō mutat̄. sed mutabitur. ꝛ quādo est in termino ad quē nō mutat̄ sʒ mutatū est. ergo soluʒ erit mutatio in medio inter terminū a quo ꝛ terminū ad quē. sed inter ↄtradictoria nō est mediū. ergo inter ↄtradictoria nō est mutatio Rn̄det Aresto. in textu ponēdo solutōem ad hominē dicens. ꝙ q̄uis nō sit mediū inter ↄtradictoria quo ad totum. tamen bene quo ad ꝑtes. Contingit em̄ ꝙ inter albū ꝛ nō albū sit mediū quo ad parteʒ. sicut qn̄ vna pars subiecti est nigra. ꝛ alia alba. tūc hoc subiectū nō ꝓprie est albū nec nigrū. Solutio vera est ista. qꝛ ꝓpositio assumpta in maiore. scʒ ꝙ motus est in medio duoꝝ terminorū est vera in motibꝫ ꝓprie dictis. scʒ successiuis. qꝛ ibi est tēpus mediū. sed in mutatōibꝫ ꝓprie dictis non est vera. qꝛ ille fiūt in instanti Tūc ibi. Item in circulo. phs ponit rōnem Zenonis. ꝑ quā nitebat̄ destruere motū circularē Et est ista. si aliquid moueretur circulariter sequit̄ ꝙ idē moueret̄ ꝛ quiesceret. qđ est impossibile. Sequela ptʒ. qꝛ hoc quiescit localiter qđ nō mutat locū. sed corpꝰ circulare nō mutat locū. qꝛ manet in eodem loco. Nō pt ergo dici vt apparet ꝙ aliquid moueatur spherice vel circulariter Hāc rōnem soluit Aresto. dupl'r. ꝑmo q̄uis corpꝰ sphericū maneat in eodē loco fm̄ totū. ꝛ q̄tum ad hoc veruʒ est ꝙ fm̄ totū non mouet̄. mutat tn̄ locuʒ fm̄ partes. ꝛ ergo fm̄ partes mouet̄. Secūdo sic soluit. qꝛ quodāmodo totum ꝓcedit de loco in locū. inq̄tum scʒ mutat̄ corpus sphericū fm̄ diuersas circulatōnes quarū vna succedit alteri. et sic quodāmodo mouetur de vna circulatione in aliam fm̄ totum

Ostensis aūt his dicimus ꝙ impartibile nō ↄtingit moueri nisi fm̄ accn̄s. vt corpore moto aut magnitudine in qua ē. sicut vtiq; erit qđ in naui mouetur a nauis motu. aut pars totius motu. Impartibile autē dico qđ est fm̄ q̄titatē indiuisibile et nāq; partiū motus alij sūt fm̄ ꝙ partiū ꝛ fm̄ ꝙ totius motus Videbit autem in sphera aliquis maxime differentiā. nō em̄ eadē erit velocitas eoꝝ que iuxta centrū sunt. ꝛ q̄ extra. ꝛ que totius. sicut nō vnius existēte motu. Sicut igit̄ dicebam. sic quidem ↄtingit moueri impartibile. sicut in naui sedens naue eūte Per se aūt non contingit

¶ Postq̄ phus soluit rōnes Zenonis improbātis motū. hic intendit ostendere ꝙ impartibile nō mouet̄. ꝑ qđ destruit̄ opinio Democriti ponētes athomos ꝑ se mobi.

les. Et circa hoc duo facit. q2 p̄mo p̄ponit intentionem Secūdo p̄bat p̄positū. ibi. Muteł igił. Dicit ergo p̄mo q̄ suppositis his que supra ostensa sunt. dicendū est q̄ impartibile nō p̄t moueri nisi forte p̄ accn̄s. sicut pūctum moueł in toto corpore vel in quacūq3 alia magnitudine in qua est pūctu3. sc3 linea vel sup̄ficie. Moueri aūt ad motum alterius p̄tingit dupl'r. vno mō qn̄ id qđ moueł ad motū alterius non est aliqua pars eius. sicut illud qđ est in naui moueł ad motu3 nauis. 7 si'lr albedo moueł ad motū corporis cuius nō est pars. Alio mō sicut p̄s mouetur ad motū totius. Et addit q̄ impartibile hic accipiał pro illo qđ nō est diuisibile s̄m q̄ntitatē. q2 tale nō mouetur p̄ se. sed impartibile s̄m spēm (q̄uo aer est impartibilis vl' ignis. q2 nō possunt resolui in plura corp̄a specie) nihil p̄hibet p̄ se moueri. Sed impartibile s̄m q̄ntitatem p̄t moueri ad motū corp̄is p̄ accn̄s nō tanq̄3 pars. q2 nulla magnitudo p̄ponił ex indiuisibilib9. s3 moueł p̄ accn̄s ad motū alterius sicut qđ nō est pars eius. sicut sedens in naui moueł ad motū nauis

Muteł igitur ex a b in b c. siue ex magnitudine in magnitudinē. siue ex specie in speciē. siue s̄m p̄tradictionē. Tēpus autē sit in q̄ p2imo mutał. in quo est d. ergo necesse est ip̄m s̄m q̄ mutał tēpus in a b esse. aut in b c. aut aliquid q̄dē huius in hoc. aliud vero in altero. Om̄e em̄ qđ mutał sic se habuit. In vtroq3 q̄dē igił non erit aliq̄d ipsius. partibile em̄ vtiq3 esset. At vero neq3 in b c mutatū em̄ erit. p̄cessu3 est autem mutari. Relinquił igił ipsum in a b esse s̄m q̄ mutał tēpus. quiescet ergo. In eode3 igił esse p̄ tēpus q̄ddā quiescere est Quare nō p̄tingit impartibile moueri. neq3 oīno mutari. Solu3 em̄ sic esset ipsius motus si tēpus esset ex ipsis nūc semp̄ em̄ in ip̄o nūc est motum esse 7 mutatum Quare moueri q̄dem nequaq̄3 est. motū autem esse semp̄. Hoc aūt q̄ impossibile sit ostēsu3 est neq3 em̄ ex ipsis nūc tempus. neq3 linea ex ipsis pūctis. neq3 motus ex momentis est. Nihil em̄ aliud facit hoc dicēs aut motū ex indiuisibilib9 sicut si tēpus ex ipsis nūc. aut magnitudine3 ex pūctis. Ampli9 aūt ex his manifestū q̄ neq3 pūctū neq3 aliud indiuisibile nullū p̄tingit moueri. Omne em̄ qđ moueł impossibile est p̄us maius moueri ipsius q̄3 aut eq̄le aut min9. Si igił hoc manifestū. q2 7 pūctum minus aut equale mouebitur p̄mū. Om̄ aūt indiuisibile est impossibile est minus moueri p̄us. Equale ergo ipsi. quare erit linea ex pūctis. Semp̄ em̄ p̄ eq̄lem motū oēm linea3 pūcti mēsurabit. si autem hoc impossibile ē. 7 moueri indiuisibile ip̄ossibile est Amplius aūt si om̄e in t̄pe mouetur in ipso nūc nihil. omne aūt tempus indiuisibile erit vtiq3 aliqđ temp9 minus quolibet eorum que mouentur. in quo mouetur quātum ipsum motum est. Hoc q̄dem em̄ erit tempus in quo mouetur. p̄pter id qđ mouetur esse in t̄pe Tempus aūt om̄e diuisibile esse ostensum est prius Si igił pūctu3 moueł. erit aliqđ tempus minus in quo ipsum motū est. sed impossibile est In minori em̄ necesse min9 moueri. quare erit diuisibile in minus indiuisibile. sicut 7 tempus in tempus. Solūmodo em̄ moueł impartibile et indiuisibile si erit in ipso nūc possibile moueri athomo. Eiusdē em̄ rōnis est in ipso nūc moueri. 7 indiuiduū aliquod moueri

¶ Hic p̄hs rep2obat trib9 rōnib9 hoc qđ s̄ꝰus dictū est sc3 q̄ indiuisibile s̄m q̄ntitatem nō p̄t p̄ se moueri Prima rō stat in hoc. q2 vel indiuisibile esset p̄ toto t̄pe in termino a quo. 7 sic adhuc nō moueł. vel esset p̄ toto tempore in termino ad quem. 7 sic iterū nō moueł. sed motum est vel esset partim in termino a quo 7 partim in termino ad quem. 7 sic indiuisibile erit diuisibile. Nō igił p̄tingit impartibile moueri p̄ se nisi tempus p̄ponał ex ipsis nūc. 7 linea ex pūctis. qđ improbatū est sup̄ius. Tūc ibi Amplius aūt Ex his ponit secūdā rōnem que est talis. q2 omne mobile p̄us p̄transit magnitudinē minorem se vel eq̄lem se. q̄3 magnitudinē maiorem se. sed indiuisibile nō potest p̄transire magnitudinē minorem se. q2 tūc esset diuisibile. 7 sic esset dare minus indiuisibili. Nec equalē. quia tūc magnitudo sup̄ quā esset motus p̄poneręt ex indiuisibilib9. sc3 linea ex pūctis Tūc ibi. Amplius autem si. Ponił tercia rō que est talis. q2 supposita eadē velocitate minus mobile in minori t̄pe p̄trāsit aliqđ signū spacij q̄3 maius mobile. Si ergo indiuisibile in aliquo t̄pe p̄transit aliqđ signū spacij. tūc in minori t̄pe minus mobile pertransibit idem signū. 7 p̄ p̄sequens erit aliqđ minus indiuisibili. qđ implicat 7 est impossibile. sicut impossibile est q̄ in nūc fiet motus. Ex isto textu sumitur quare non p̄uenienter ponił corpus mobile subiectū libri physicorū sicut ens mobile. q2 mobilitas nō notorie presupponił de corpore. q2 Democritus dixit indiuisibilia que non sunt corpora moueri. sed tamen ista indiuisibilia dixit esse entia. et ideo s̄m om̄es p̄hos mobile notorie presupponił de ente. sicut in p̄ncipio p̄mi dc̄m est.

Mutatio aūt nō est neqꝫ vna infinita. Ois em̄ erat ex quodā in quoddā. ⁊ q̄ est in ꝯtradictione ⁊ in ꝯtrarijs. Quare eoꝝ q̄ sunt ꝭm ꝯtradictōem affirmatio ⁊ negatio termin⁹ est. vt generatōis q̇dem esse. corruptōis aūt nō esse. Eorū autē q̄ sunt in ꝯtrarijs ꝯtraria. hec em̄ vltima sunt mutatōis. quare ⁊ alteratōis omis. Ex ꝯtrarijs em̄ q̇busdā est alteratio. siliter autē augmenti ⁊ decremēti. Augmenti q̇dē terminus est. qui est ꝭm ꝓpriā naturaꝫ ꝑfecte magnitudinis. decrementi aūt q̄ est ab hac remotio. Loci aūt mutatio sic q̇dē non erit mutatio. non em̄ ōis in ꝯtrarijs est. sed ꝙtum. qꝺ impossibile decisum esse. eo ꝙ nō ꝯtingit decisuꝫ esse. Multipliciter em̄ ḋr ipossibile. nō em̄ ꝯtingit sic impossibile decidi. neqꝫ oīno impossibile factū eē. fieri. neqꝫ mutari. impossibile ꝯtingit vtiqꝫ mutari. in qꝺ impossibile est mutari. Si ergo qꝺ fertur mutaꝛ in aliq̇d. ⁊ possibile est mutari. q̄re nō infinitus motus. neqꝫ fertur infinito. Impossibile est em̄ trāsire ip̄m. Et quidē igitur sic non sit infinita mutatio. vt nō finiatur termin⁹ manifestum est

¶ Postqꝫ phus ostendit ꝙ impartibile nō moueaꝛ. hic tercio ⁊ finaliter intendit ostendere ꝙ nulla mutatio sit infinita. quod est ꝯtra Eraclitum qui posuit om̄ia moueri semꝑ. Et circa hoc duo facit. primo ostendit ꝙ nulla mutatio sit infinita ꝭm ꝓpriam specieꝫ. Secūdo ostēdit q̄uo possit esse infinita tp̄e. ibi. Sed si sic ꝯtingit. Primo ergo ostendit phus ꝙ mutatio nō est infinita ꝭm spēm. loquendo de alijs mutatōibꝫ p̄ter motum localem. Et hoc sic ꝓbat. om̄es motus p̄ter motum localem sunt inter certos terminos vel ꝯtradictorie oppositos. sicut generatio et corruptio. vel ꝯtrarie oppositos. sicut augmentatio ⁊ diminutio ⁊ alteratio. Tūc arguiꝛ sic. nulla mutatio habēs p̄fixos terminos est infinita. q2 terminus repugnat infinito. sed oīs mutatio sicut dcm̄ est habet terminos prefixos. ergo nulla mutatio est infinita. Et q2 ista rō solū videꝛ ꝯcernere alios motus a motu locali. q2 nō oīs motus localis est inter duo cōtraria. sed solum mot⁹ localis qui est corpoꝝ naturaliū. scꝫ grauiū ⁊ leuiū. alij autē motus nō sunt inter determinatos terminos. sed determinantur ab aliquo agente ꝭm volūtatem. aut ꝭm appetitum sensitiuū. sicut pꝫ in hominibꝫ ⁊ alijs animalibꝫ. ergo Aresto. ibi. Loci aūt mutatio. singulariter probat ꝙ nulla loci mutatio sit infinita. Et hoc tali rōne. qꝺ est impossibile factum esse est impossibile fieri. sed impossibile est factum esse ꝙ motus localis sit infinitus. ergo impossibile est motū localē fieri infinitū. Maior pꝫ. q2 fieri fit propter factū esse. ⁊ ideo hoc fieri est frustra ad qꝺ nō seqtur factū esse. sed in rebꝫ nihil fit frustra. Minor pꝫ. q2 infinitum nō potest ꝑtransiri. Et ita vl̄iter patꝫ ꝙ nulla mutio p̄t sic esse infinita vt nō termineꝛ certis terminis a q̇bus habet speciem.

Sed si sic ꝯtingit. vt ⁊ tempore sit infinitus idem existens ⁊ vnus ꝯsiderandū est. Nō vno quideꝫ em̄ facto nihil fortassis ꝓhibet. vt si post loci mutatōem alteratio sit. ⁊ post alterationem augmentum et iterum generatio. Sic em̄ semper quidem erit tempore motus. sed non vnus ꝓpter id qꝺ nō est vnus ex oībꝫ. vt aūt fiat vnus nō ꝯtingit infinitū esse tp̄e preter vnuꝫ. Hic autem est vnus. scꝫ circulatio.

¶ Hic phs ostendit q̄uo motus possit esse infinit⁹ tempore. Et ḋt ꝙ ꝯsiderandū est vtrū ꝯtingat motū sic esse infinitū tp̄e vt semꝑ maneat vn⁹ ⁊ ideꝫ numero. q2 forte nihil ꝓhibet ꝙ motus duret ꝑ infinitū tempus nō existēte vno ipso motu. sed de hoc posterius inquiret. Et ponit exemplū. sicut si dicamus ꝙ post loci mutatōem sit alteratio. ⁊ post alteratiōem augmentū. ⁊ post augmentuꝫ iterū generatio. ⁊ sic in infinitū. sic em̄ semꝑ posset mot⁹ durare tp̄e infinito sed nō essꝫ vnus ꝭm numerū. q2 ex huiusmodi motibꝫ nō fit vnū nūero. vt in q̇nto ostēsuꝫ ē. Sꝫ ꝙ motus duret tp̄e infinito ita ꝙ semꝑ maneat vnus numero. hoc nō ꝯtingit in vna specie motus. q2 motus circularis p̄t durare vnus ⁊ ꝯtinuus tp̄e infinito vt in octauo ostendetur.

¶ Finitur sextus physicoꝝ

